


13

02

# BIBLIOTECA CENTRAL MILITAR

ESTADO MONTAÑERO DEL TIGRE

# SERVICIO HISTÓRICO MILITAR



EX LIBRIS

Inscripción / 741-51954  
Colocacion / Sala II  
Clasificacion 34(37)(6092) Estante 13  
Tabla 13 Número 6

10092  
R.10183

II

13 - 13

6

5.1.2

Reg. 1341-51854

34(37)(0092)

# PARATITLA IN LIBROS IX.

## CODICIS JUSTINIANI

Repetitæ prælectionis.

OPUS JACOBI CUJACII.

CAROLI ANNIBALIS FABROTI  
*ad ea Enarrationes.*

Editio nova à mendis purgata & recognita.



TOLOSÆ,  
Apud } PETRUM SALABERT,  
 } MARINUM FOUCAC,  
 } GUILHELMUM BELY,  
 } Biblio-  
 polas.

M. DC. LXXXVI.  
CUM PRIVILEGIO REGIS.





JACOBUS CUJACIUS  
GRECORIO LOMELLINO  
PATRICIO GENUENSI.

**S**ÆPE NUMERO mirari mihi contigit, atque etiam stomachari, Doctissime Gregori, quod cum ad titulos Digestorum monita tantum quædam brevia, quæ Paratitla vocat Justinianus, edi permiserit, commentarios distictè vetuerit, existant tamen innumeri, qui in id solum incumbant quod is vetuit, permisso qui utatur nullus: quanquam de commentariis facile accipio excusationem, non fuisse cur Justiniani ætate his impenderetur opera, qui jus cum esset omne clarius & positum in usu quotidiano, periculum erat ne ei potius tenebras obducerent longiores commentariorum disputationes. Verum à Justiniano mox quia jacuit in Occidente potissimum diù jus omne in occulto, quoad Lothario II. Imperatore abhinc annis supra cccc. in usum communem rediit, nobis fuisse necesse juri antiquo & longa de suetudine corrupto obscuratoque ex commentariis lumen fœnerare, non sufficiente eo quod ab illo tempore attulerant Summarum vel Glossarum auctores primi: hi caverent maximè ne à Justiniani edicto migrare viderentur, editis primum Digest.


ā

**TIFFEN® Color Control Patches**

© The Tiffen Company, 2007



Centimetres      Inches



Black      3/Color      White      Magenta      Red      Yellow      Green      Cyan      Blue

Summis , quas habuere pro Paratitlis , deinde  
etiam glossis pro ea quam idem Justinianus  
*νεαντι πόδα* , interpretationem appellat : nam si  
præter Paratitla etiam Græca lingua *νεαντι πόδα*  
fieri interpretationem Justinus permitteret ,  
cur non sibi liceret etiam audere Latina quod  
ille permitteret Græca ? existimarent non esse  
causam , breviter scilicet & aptè nec pluribus  
multo verbis quam leges ipsæ scriptæ forent ; ex  
enim sunt propriè glossæ , ex *νεαντι πόδα* inter-  
pretationes . Sed hæc cum non explerent obtu-  
siora ingenia , nec satis jus illustrare viderentur ,  
supervenere alii qui non mutato nomine glos-  
sas auctiores redderent quam pateretur ipsum  
glossarum nomen , atque ita paulatim longe cæ-  
teris excellere omnibus , quos mihi nosse con-  
tigit quamdiu in Italia esse licuit per meos mo-  
res . Fœcundam esse Italiam dictissimis Juris-  
consultis haud quaquam abnuo . Sed accidit mi-  
hi infœliciter quod in neminem eorum incide-  
rim , & fœliciter quod inciderim in te solum ,  
qui ita cum natura & judicio mirabili , tum ar-  
te atque artificio etiam eo , quod ex liberali-  
bus studiis tibi comparasti juris scientia instru-  
ctus & ornatus es , ut qui te superet in Italia vix  
putem superesse alium quemquam ; nam ex his  
quos offendit , ne quid dissimuleat , aliis docen-  
do & disputando mihi visus est planè delirare ,  
majore licet fastu , conventu atque mercede ;  
alius sermonem jūsque longè alienum ab eo in  
quo versari se profitebatur in medium produ-  
cere , aliis ne intelligere quidem quid ageret  
quidve loqueretur miser , aliis è folio oculis  
ab scripto nunquam dimotis deblaterare consi-  
liorum multa millia in re quæ uno verbo ex-

plicari potuisset , quæve explicatione vel comprobatione indigebat nulla , & nihil aliud tamen per horam agere , alius una parte sapere , quam ex veris Jac. Cujacii corraserat vel corrugaverat , cæteris planè despere , & in nullo probitatem Iurisconsulto dignam , quæ tamen est omnis sapientiæ caput . in omnibus quæstus cupiditatem , ambitionem summam , sive honoris , sive inescandorum auditorum , non solum ut frequentibus decantent , quibus neque doctiores , neque ineliores eos reddant , sed verò etiam ut bene comitari per plateas & vicos ducantur . Tu unus ab his abhorrens maximè , mihi visus es conjuctam cum summa animi integritate veram , & non simulatam sapientiam adeptus , nec spatiorum unquam obliviscar , quæ facimus , simul quandoque per tres aut quatuor horas in difficillimas quasque juris quæstiones diligenter inquirentes . hæc spacia me in admirationem & observantiam tui perduxerunt . hæc me tibi devinxerunt vinculo sempiterno . & si quæ fors cecidit mihi felicia auspicia quibus tu natus es , noluissent eandem in te subire , si , ut dicam apertius , idem quod fungor docendi munus te fungi permisissent , non intereffes jam amplius recitationibus meis , ut soles , sed ego ut justius , ita libentius glossæ factæ gravidæ quæsierunt sibi libros ingentes , immanes , infanos commentarios , qua de re sola nihil equidem queror , sed si quomodo Iustinianus noluit , tandem scripsimus , male morigeri , cogente obscuritate , ut dicimus , quæ tamen profectò esset etiam hodie parva , si non esset nostra in laborando diligentia parva , hoc me male habet quod non scribam us etiam quo modo is sua-

fit nobis scribendum esse ; nam quotus quisque  
est qui vel Paratitl<sup>i</sup>, vel ~~κανόποδα~~ scripserit  
bene? nec enim scribit bene nisi qui Papiniani,  
Ulpiani, Scevolæ, Pauli, Iultiani, scribit mo-  
re, & hoc verò more commentarios aliquis for-  
tè, Paratitla nullus Summas nominent vel Ti-  
tulorum expositiones, vel illud ipsum Paratitu-  
lorum, vel si quod aliud est speciosius nomen  
usurpent, rectè judicas, Dostossi ne Gregori,  
quæ hæc longè recedere arbitraris à Paratitu-  
lorum lege modoque. Opus hoc esse dicti Iu-  
risconsulti difficile igitur ac pene impossibile.  
vix enim singulas xstates singulos Iuriscon-  
sultos ferre. me contrib iere ad utrū n̄ que aliquid  
posse, qui ~~κανόποδα~~ interpretationem para-  
tam habeo, ut s̄epe audisti de me, si modo  
princeps aliquis expoliendæ ejus otium mihi  
faceret, ne intermissione publicarum recitatio-  
num quidquam rei meæ incommodaretur, &  
cui sit in promptu ~~κανόποδα~~, & Paratitla esse  
multo magis, prudenter quod non me utrum-  
que posse præstare, sed conferre aliquid in u-  
rumque: absit enim ut illud vel agnoscam, si  
quis tribuat, vel adrogem ultrò mihi insolent-  
tiūs, quod est maximi & perfectissimi Iuriscon-  
sulti; absit etiam ut D<sup>o</sup> Opt. Max. laudem  
debitam non tribuam: hoc homini nulli rei,  
nullarum virium, nullius per se sibi facultatis  
conscio quod mihi bene fecit beneficium non  
agnoscens, ut possim sive hoc, sive illo genere  
malim nonnihil conferre in puram & sinceram  
juris civilis enarrationem. Sed nisi ad ~~κανόποδα~~  
animos fecerit princeps aliquis, vix ea mihi un-  
quam elabetur opera ad Paratitla ductorem,  
duccm, hortatorem neque posco alium, neque

possim quām te habere meliorem qui unus mihi semper ex Italis quos novi visus es ingenium possidere nobilius , & juris ac philosophiæ scientia verissima Latinam interessesem tuis. Unum habeo quem possim pari laude adficere Germanum , Ioannem Hastenum Iuliacensem , in quo tanta elucet probitas animi , tanta peritia juris , ut eo loquente mihi sēpe visum fuerit Biturigis cum mihi adesset pro sua humanitate frequens , parum aut certè nihil me in jure civili profecisse, ita sēpe injecit mihi pudorem aliter sentienti quām , ipse vellet , ita sēpe admirabilem mihi eruditionem ostentavit suam. Dicam deinceps nisi accedant alii , unum me nosse Germanum lurisconsultum , eximiæ scilicet & spectatæ eruditionis , Ioannem Hastenum , unum Italum , Gregorium Lomellinum , nobilem & patricium utrumque. Ne mirere igitur , aut ne miretur jam quisquam aliis , cur tuo nomini Paratitla inscribere voluerim , Dotissime & Nobilissime Gregori , cui enim possim jure meliore ? cui magis à re mea ? nam accedit de tuo nomine huic operi honoris multo plus , quām ipsi de opere meo. Non ego is sum qui blandiri cuiquam natura possim. Quem colo , quem laudo , cui lucubrations dedico meas , cum oportet opinione mea omnem honorem , & cultum insigniter promerer. Sed ne ignores quod ego hisce Paratitlis præstiterim , vel ne ignorent potius alii ( nam id tu satis statim per te cognoscas ) eam ego in his scribendis artem adhibui , ut nihil ex eis adsequi possit nisi qui ea prelegerit tota : suppressi supervacua , ne desiderarentur necessaria magno opere cavi idem mihi faciendum esse per-

suadens quod oratori, quem poëta ait supprimere quæ rusticus edit ineptus. Quid quoque titulo contineretur, qui cujusque sensus esset, quæ scriptura castior, diligenter explicavi, etiam si quid contineretur planè aut planè scriptura ne esset titulo subjecta: aperui enim retrusa & abdita pleraque; quo enim nobis ars & usus, nisi vel adhibita cogitatione attentissima eruant quæ non potuere omnia litteris exprimi? Etiam jus definitionibus auxi per multis, quarum homines nostri erant indigestissimi, adeoque artis suæ male compotes, ut scirent definire quid quæque res esset quam tractandam susceperant, Imò hærerent nonnunquam annū integrum: in definitione puta substitutio-  
nis, servitutis, vel qua alia exquirenda nequid-  
quam, quod imperium illorum arguerat maxi-  
mam: perito enim facile est statim unius rei  
non unam tantum. sed complures edere defini-  
tiones & omnes ex arte confatas; mihi qui-  
dem certè neque perito, neque imperito non  
fuit facile, non fuit etiam difficile. Peritissimus  
Galenus paulò audacius: Εξεπικῆδες ἐχενοταῦτα  
πολλοῖς ὄνομασι, αὐτὸς τὴν σύδευκαθαγέλασμα  
αἰς ἔρει παρηπόλους ὀρεσμοὺς ποιεῖς τὸν πράγμα-  
τος καὶ τοῖς φαναις μόνον, εκ' αὐτοῖς ὄνομασι  
Ἀλεφίροντες, & ego quoque forsitan nimis au-  
denter qui quas veteres juris auctores nobis  
reliquere perfectissimas, eis etiam adjunxi im-  
meas. Ad hæc porrò continuationi titulo-  
rum [sic enim vulgò appellatur quæ Græcis  
est σωμέχεσσα] ut congrua ubique & consentanea  
ac veluti perpetua serie constans, constaret ra-  
tio, ad laboravi plurimum, atque interim quan-  
tum in me fuit, principia juris patefecit omnia,

aut sanè præcipua: cuius operæ meæ nullam  
aliam mihi mercedem exposco quam ut tibi sit  
gratiseima, juris autem studiosis utilissima. Non  
probabunt eam sat scio aut rictu oris aliquo e-  
tiam si non interioribus sensibus se non probare  
dissimulabunt multi. Sed mei pluma non inter-  
est, dum tu probaveris modo. Non poterunt  
rursus ne dociles & benevoli quidem qui erunt  
omnes intelligere omnia statim. Sed quid ego  
curem, ut potui, ut debui, officio meo perfun-  
ctus, & tenente te omnia proinde atque ego,  
qui scripsi ipse simul ac cæteris qui ad virtutem  
& facultatem animi tuam proprius accedunt.  
& ut paucis verum strigam, cadit in hunc libel-  
lum rectè illud Terentiani Mauri;

*Pro captu lectoris habent sua fata libelli. Vale  
Valentiæ Cavarum II. Id. Augusti.*

M. D. L X I X.




## EXTRAIT DU PRIVILEGE DU ROR.

Par Grace & Privilege du Roy, donné à Versailles le 29. jour du mois de Janvier 1686. signé, Par le Roy en son Conseil, LE PETIT; & Scellé du grand Sceau de cire jaune, il est permis à MARIN FOUCHAC Marchand Libraire à Toulouse, de reimprimer un Livre intitulé : *Paratitla in libros quinquaginta Digestorum seu Pandectarum Imperat. Justiniani. opus Jacobii Cujacii, cum notis Chassanæi, & Paratitla in Libros IX. Codicis Justiniani, cum enarrationibus Fabroti;* & ce durant le temps & espace de six années consecutives, à compter du jour qu'il sera achevé d'imprimer pour la première fois en vertu des présentes. Pendant lequel temps nous faisons très-expresses défenses à tous Imprimeurs, Libraires ou autres, de faire imprimer, vendre & distribuer ledit Livre sous prétexte d'augmentation, correction, changement de titre ou autrement, à peine de deux mille livres d'amende, & autres peines portées par ledit Privilege.

\**Registré sur le Livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, le 5. Fevrier 1686. suivant l'Arrest du Parlement du 8. Avril 1653. & celuy du Conseil Privé du Roy, du 27. Fevrier 1665.*

C. ANGOT, Syndic.



ILLUSTRISSIMO VIRO DOMINO  
**D. GASPARI**  
DE  
**FIEUBET,**  
**SUPREMI SENATUS**  
**TOLOSANI AUGUSTISSIMO**  
**PRINCIPI.**

**E**DITIONEM novam Pa-  
ratitorum Cujacii Tolosa-  
tis in quinquaginta Libros  
Digestorum, & novem prio-  
res Libros Codicis perfecimus  
**SENATUS TOLOSANI**  
**PRINCEPS ILLUSTRISI-**


ME, opus sane consummatum,  
et studiosæ legum juventuti  
perutile: quippe licet brevis-  
simum, universi juris Civilis  
principia complectitur: hujus  
exemplaria numero adaugen-  
da nobis videntur hoc tem-  
pore, quo, LUDOVICUS  
MAGNUS, universi juris  
studium restauravit, et in  
melius reformat. Hac ra-  
tione inducti hujus operis no-  
vam typis mandavimus edi-  
tionem, in cuius gratiam pa-  
trocinium tuum humiliter ex-  
poscimus, bac supplicatione  
mentem auctoris implevisse ra-  
ti; eum enim eligimus pro-  
tectorem quem præstantissimus

ipse Cujacius celegisset ; qui  
veram & puram jurispruden-  
tiam profiteris , eamque cæteris  
maximi ordinis proceribus &  
verbo & exemplo inspiras .  
Nomen tuum ubique gentium  
famâ celebratum , opus istud  
validè commendabit ; magni  
facient illud juris studiosi qui  
in hanc doctissimam civitatem  
& florentissimam Academiam  
undique confluunt ; magni quo-  
que facient illi qui saepius ab  
ore tuo Themidis oracula mit-  
tente dulci stupore pepende-  
runt , qui que te præsentem  
longe majorem experiuntur ,  
quam fama te absentem ex-  
bibuerat : Patere igitur , SE-

NATUS PRINCEPS  
ILLUSTRISSIME tuo  
nomine decorari editionem quam  
tibi offerunt.

Humillimi & obsequentissimi  
clientes.

P. SALABERT,  
M. FOUCHAC,  
& G. BELY.



# CAROLUS ANNIBAL FABRO TUS LECTORIS.

**P**aratitla Cujacii in novem libros Codicis, exquisita quæque ingenia, velut opus absolutissimum laudant & prædicant : hæc enim scripsit jam senex, & cum jure meritoque principem locum inter juris interpretes sibi vindicare poterat, unde stilos ejus concisus & brevis, qualis esse solet aetate jam affecta, & eruditio latens, negotium ita plerisque facit, ut si quando mentem ejus percepérint, magnum se fecisse arbitrentur. Sed & ipse non indoctis se se scribere dicitabat, ut olim Gaudentius Philosophus: οὐδὲ ξωτοῖσι, θυγατρὶς ἐπίδεοτε βέληνοι.


Indoctis non canto, procul, procul In in-  
este profani.

Ea re cum ceteris Cujacium antistare non ipse modo cognoverim, sed & omnes qui in Jurisprudentia bene subactum inge- ctione har- momi- ca. nium habent, idem sentiant, rem non in-

gratam facturum me existimavi, si quantum potest, studiosis adolescentibus has praeirem, premonstraremque vias discendi, ac intelligendi. Ardua quidem res est, & quæ hominem haud vulgaris eruditio desideret, sive legum capita notanda, sive interpretum præcipui sententia ubique aprienda, sive denique verba ejus à vulgaris consuetudine remotiora, interpretatione adjuvanda sint. Sed quod ingenia feliciora nullo, vel exiguo labore peragerent, id nos assiduo & improbo studio, ac diligenter Seneca tia forte an assecuti sumus. Nihil est quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura. Toulo ἡ δύνα τὸ Σωκράτεος Euto- λογίας ἀριθμός, ὁ δὲ Θεος συντάξεων τοιούτου, πάντας cius in εἰδώς καὶ ἐπὶ τέλος ἴψες τῷ σωστῷ εἰδεῖ. Archi- Enarrationes autem in libros novem ad finem medé. nem tandem deduximus, ut nunc integer prodeat, & sine membrorum damno partus his ingenii nostri. Ipse quidem Cujacius Paratitla sua plenius interdum in Recitationibus ad Codicem interpretatur, ut alterius opera & explanatione egere non videantur. Neque tamen rerum equus arbitriter ibit inficias, operam nostram hanc futuram avoriant, & sine fructu. Ubi Cujacius interpretem non desiderat, prælucetque sibi,

sibi, lucem luci non addimus. Ubi silet, vel  
subobscurus esse videtur, ibi quedam addi-  
mus, & faculam nostram ei allucere volu-  
mus. Sed & auctorum nomina, vel legum  
capita, quæ Cujacius omiserat, ipsi exhibe-  
mus, non quod illum eo nomine culpemus,  
sed quod hæc nescio quomodo legentis ani-  
mum magis expleant. Jam ipsos juris in-  
terpretes, qua Latinos, qua Græcos, qua  
editos, qua ineditos per quos profecit, for-  
tasse nosse tibi non erit inutile: vel enim  
ipse eisdem auctoribus uteris in jure red-  
dendo, respondendo, vel interpretando, qui-  
bus vir maximus solerter utebatur: vel  
certe ipsos consulere tibi volupe erit. Deni-  
que hoc egimus, ut stupenda Cujacii lectio,  
prudentia summa, & eximia doctrina om-  
nibus nota esset. Erunt fortasse qui putent  
quædam in hoc Cujacii opere notanda, quæ  
tamen nos ubique secuti simus, quasi reli-  
gio fuerit ab ejus sententia abire. Verum si  
non vitio malignitatis humanae, sed quod Aste-  
viro magno aliquid exciderit, arguant, me-  
rius ho-  
minissime debebunt, Τις μόνος εἴναι τὸ ἀνεπίληπτον. mil. v.  
Imo rectius hoc dicetur παρέργα, quam In Lud.  
παρέργα, ut de sententia quadam Eudoxi & Ar.  
& Arati haut probanda scribit Ipparchus Phæn.  
Bithynus. Postremò Lector candide, latere 8,

te non debet, beneficio v. c. doctissimique  
**D. Pugetii Senatoris Tholosani** ad nos per-  
venisse. Notas quasdam in Cujacium Petri  
Fabri Sanioriani, viri omni doctrina ge-  
nere praecellentis, quas luce dignas mecum  
censuerunt viri non indocti. *Alia ei inter-*  
*dum sedet sententia, quam Cujacio nostro.*  
*Cujus sententiam magis sequaris, tuis, Lec-*  
*tor, erit arbitrii. Ego quid existimem heic*  
*in medio relinquo: interpretis enim officio*  
*fungi volui, non censoris. Sunt & apud me*  
*nonnullæ in alia Cujacii opera ejusdem*  
*Fabri Notæ, quibus nec te fraudabo, si*  
*banc Notarum veluti delibationem non*  
*improbari cognovero. His igitur fruere*  
*Lector, & fave.*



# N O B I L I S S I M O

## VIRO, LONGEQUE OMNIUM Jurisperitorum præstantissimo D. PAU- LO DE FOIX, Consiliario sanctioris in- timique Confessus Christianissimi Regis.

JAC. C U J A C I U S S.

**S**PERABAM paucis diebus, in Digesta & in Codicem me Paratila absoluere posse; idque perfectis Digestorum libenter suscepseram, ut me putabam debere prestare. Verum ubi ad rem aggredi & me accingere cœpi, sensi operosiorum esse, hominisque diligentioris quam ipse sim, planèque cœpto destituisse, nisi me tua auctoritas deterruisset, qui non cessasti ab eo die, quo quid in Digesta præstituisse, coguovisti, urgere & efflagitare, ut idem auderem in Codicem. quod & feci vix tandem magna ex parte, ut vi-

res meæ tulerunt , an etiam ut exigebat  
officii mei ratio , non aliud quām te ju-  
dicem fero. Quidquid id est, certe spis-  
so admodum lentoque & fastidioso satis  
studio ac labore perfeci , nec ullum un-  
quam mihi contigit onus sustinere gravi-  
us. cætera quæ ante pertuli non pauca ,  
qui à pueritia otiosum diem nullum vixi ,  
cum isto collata, curæ mihi laborive nul-  
lo fuisse videntur. Causa in me, si forte  
non in te ipsa, vel id quod languescat sen-  
sim vis illa animi & ingenii solertis ac ca-  
pitalis quæ viguit in me dudum , vel id  
quod jam ingravescens ætas atque causa-  
ria sibi placet magis in respondendo , ad-  
sidendo, docendo, quām in scribendo; sed  
ex his utrumcunque sit in me quod cau-  
sat difficultati & moræ dederit , res ipsa  
tamen profecto multum , vel dicam plus  
mihi negotii & molestiarum exhibuit.  
Quid , inquires , nunquid non & in Di-  
gella tantundem ? Imo verò longe mi-  
nus. Juris enim quām Constitutionum  
facilior cognitio & tractatio est. illo con-  
tinentur leges , edicta , S. C. certa & Ju-  
risprudentum interpretationes atque res-  
ponsa maxime inter se congruentia , aut

repugnantia , si qua sunt , ita disposita ,  
ut quæ prævaleant non sit obscurum .  
Constitutionum verò quasi incertum jus  
est , varium atque multiplex , & perdif-  
ficile igitur ; & si perdifficile , pene ca-  
ptu impossibile , ut nostrorum verbo u-  
tar , nisi scilicet ( recensebo labore in  
improbissimum ) quis perdidicerit , ut  
subinde libidine principum id muta-  
tum & perturbatum fuerit , quid illis  
placuerit primùm , quid deinde , quid  
postremo , quidve in Republica ante il-  
los obtinuerit , quid quaque ratione  
post illos , modò inductum , modò in-  
termissum , mox reductum , rursusque  
intermissum , aut abolitum fuerit . &  
quid Justinianus postremus omnium  
quorum quidecim placita hic liber habet ,  
nam & alii post seculi sunt , quibus Ju-  
stiniano quod placuit magna ex parte di-  
splicuit , cuius etiam varietatis & in-  
constantiae rerum *avæctiæ* perquam  
necessaria est ) quid , inquam , Justinia-  
nus tandem effecerit Constitutionibus  
multis , quib. hunc librum sparsit , quid  
his quæ hunc librum consecutæ sunt , sa-  
ne omnibus omni juris scientia refer-

tissimis, adeò ut qui earum teneat vim,  
originein, atque processum, hunc ego  
facile sim habiturus pro doctissimo Ju-  
risconsulto, ac pene pari Triboniano ipsi.  
quo ego tandem cognito pondere ea-  
rum Constitutionum, quas suo Impera-  
tori eum persuasisse certo certius est, mi-  
hi gaudeo; quod cognoverim eam æta-  
tem non tulisse excellentiorem in jure  
civili, quod utique & sine illius ope cu-  
raque prorsus intercidisset. Denique ita  
censeo, Codicis majus esse opus, ma-  
jusque negotium, vel quia eo quem Di-  
gesta requirunt orbe, eo instructo, ea-  
que, ut ita dicam, suppellectile rerum  
ac disciplinarum omnium quantumvis  
licet magna, exigat longe majorem:  
frustra enim Codici datur opera, nisi &  
Digestorum; & alia pleraque admini-  
cula suppetant, cùm tamen Digesta Co-  
dicis adminiculo nequaquam indigeant.  
ex quo palam est quām mihi fuerit ne-  
gotiosa ista provincia. quod etiam ab-  
unde coarguit opus, vel ne quis suc-  
censeat opusculum tribus postremis li-  
bris imperfectum, in quos, præter quæ  
edidi jam dudum, superest, aliquid quod

desideres , & desiderem etiam ipse ,  
quod ad titulorum rationem attinet ,  
sed malui quasi interjungere veluti iam  
longo labore defessus , quām te diutius  
expectatione suspensum detinere , id  
quod residet , ubi paulisper adquievis-  
sem , sperans me daturum , & vero da-  
turus , si jusseras , altera editione . Idem  
quoque magis coarguunt uberiora Pa-  
ratitla isthæc , quæ feci quām priora ,  
non alia quām rei subjectæ pondere &  
gravitate compulsus : quodque si hæc  
attente legeris , senties me quorum bene-  
ficio opus texeretur splendidius , multa  
scrinia resignasse , per volutasse , perten-  
tassee , perquisisse multa , excogitasse , ad-  
invenisse , & nescio unde ex abdito e-  
ruiisse plurima , jus civile ornatius illu-  
striosque fecisse non minorem in mo-  
dum brevi quidem , sed puro aptoque  
libello quippe cum nec in eum ex la-  
mis lustrisve quidquam intulerim , sed  
ex liquidis tantummodo fontibus juris  
& decoris optimarum artium studiis ,  
non ἐπ συγκλυδων , καὶ ἐπ συρράξων scri-  
ptis , quibus plerumque aliud igitur ,  
quām quod ipsi agunt legum auctores ,

non ex cathedrariis recitationibus , quibus etsi fateor studiose audiendis multis multum adolescentem me sumpsisse temporis , quod & adolescentibus suadere soleo pariter ut faciant , illud subinde Theonis iterans τῶν ἀνθράκων τὸς σκόνης  
ἀστραφίσειε τὸ μὲν πόνων τοῖς ὄλλοις εἰργασμέναις ἐτοίμασι λαρυζάνται , tamen modo nescio quo mihi contigit , ut parum illis , aut nihil proficerem. Unum è multis quos audi vi Ferrerium excipio suminum & adrabilem Jurisconsultum , quo nemo publice docuit , vel docebit unquam , ornatius , subtilius , facilus , fideye & diligentia majore , nemo qui audiverit dicet secus : hujus ego acroamata & recitationes aliquot de servitutibus , de lege Falcidia , de legatis , de eo quod interest , ut L. Crassi orationes de lege Servilia sibi M. Tullius ait , sic mihi semper prædicabo suis magistras , nec si essent in manu , alio hodie in meis studiis rectore uteretur libentius amississe me eas improvidum , ut ne linea quidem apud me supersit , pudet , pigetque , & dolet sæpe numero mediis vigiliis hanc mihi non allucere faciem , nec alluxisse

luxisse etiam , scripta mea quod prō-  
dunt nimis. Cūm verò in hoc opere ,  
qua dixi ratione versatus sim , si tuo ju-  
dicio , vel ingenii , vel curæ saltem te-  
stimonio aliquo egi me non indignum ,  
judiciis aliorum non valde pendeo , tì-  
bi uni satisfacere , tibi uni placere , &  
nobilium adolescentium , quib. adsum ,  
commodis utilitatique servire , vel po-  
tius tibi singulo placere satis habeo , tibi  
enim nunquam placuero nequicquam ;  
illorum utilitati quo minus serviam , ut  
cupio , ut conor , parentuti quorum in  
imperio sunt , præpropera festinatio &  
cæca ambitio facit , qui eos antequam  
sui judicii sint , & his literis instructi , sine  
quibus jus civile percipi non potest , ad  
nos ea lege atque ratione transmittunt ,  
ut mox vix dum sentientes gustum disci-  
plinæ nostræ , ad se revocent , & rudes at-  
que impolitos , ne dicam imperitos , in  
forum vel curiam impellant , quo genere ,  
ut imiter Diodorum idem de sapientiæ  
studiosis quibusdam conquerentem : ὁ  
πολὺς ἀπαρτίσκευος ἀφεπάν , πέων πάντα τὸ νόμοι  
κῆς ἀπίλογαι , καὶ μέχει τῶν φιλοπονίοις ἀπῆλθε ,  
ἀπίστασθε ; οὐδὲ βιωπκῆς χρεῖται . Cur vero tibi

potissimum placere cupiam , multæ sunt  
& magnæ causæ : placuero omnium  
non modo qui sunt , sed eorum etiam à  
jure condito auctoritate Justiniani qui  
fuerunt , in eo jure facile principi , &  
omnium juris studiosorum patrono &  
amico magno , placuero homini , ut ge-  
nerosiss . sic sanguine edito omnium Gal-  
liæ procerum nobiliss . & pro sua inte-  
gritate ac sapientia . quam cum illustri  
nobilitate convenienter sociavit , atque  
conjunxit , à regibus nostris jure & me-  
rito omnibus rebus ampliss . atque ho-  
norificentissimis ornatissimo . & hoc si  
mihi Deus dederit , nihil est cur morer  
me , si qui mortales felices sunt , felici-  
bus inserere : & ut non dederit , tamen ,  
quem omnes quotquot juris studiosi su-  
imus colere & venerari debemus , tan-  
quam principem & patronum paren-  
temque communem , quod complures  
alios non ignoror in sua causa sensisse , in  
mea mirifice sum expertus , æquum est  
ei nos omnes omnia nostra studia , om-  
nia summa devovere atque deferre . quid  
cessamus ? quid cessavimus tamdiu , quis  
non ante tenuit torpor ? equidem inci-

piam te auspice, tamē si īero, si non ī-  
jucunde acceperis, si non improbave-  
ris, non tamen infelicitē. tua approba-  
tio pensabit omnem culpam. tui autem  
nominiis, cui hoc consecro, amplitudo  
& gloria, ut spero, cæteris commenda-  
bit donum. Gentile nomen dico. cuius  
memoriam conservant literæ, & mo-  
numenta vetustatis, concelebrat etiam  
hodie sermo hominum quasi recentem.  
non multo secus, nempe ut saltum Py-  
renæum, ut tozam fere Noveimpopu-  
lonam Narbonensemque provinciam  
femones illi strenuissimi, unde profe-  
ctus es, patres tui atque majores; vir-  
tute imperioque suo summo rexerint  
diu summa cum laude, ut immortalem  
sibi posterisque suis gloriam debellan-  
dis & subigendis hostibus comparave-  
rint, ut aula eorum quandoque fre-  
quentior fuerit, quām ea ætate cujus-  
quām regis aut principis. Gentili etiam  
proprium adjungo, clarissimum inge-  
nio acerrimo, quod contulisti ad sum-  
mam juris civilis & perfectam cūm san-  
ctæ & privatæ, tuum etiam publicæ &  
domesticæ disciplinæ, & antiquitatis a-

litione nostræque , & terrarum descri-  
ptionis , & omnium bonarum artium  
scientiam , illustrissimum animi virtu-  
te , vitaque incorruptissima , illustris-  
simum multis legationibus , veluti Ro-  
mana , Anglica , Scotica , Veneta pro  
Rege regnoque sæpius iteratis , multis  
honoribus , ministeriisque publicis ma-  
ximè tuendæ pacis , cuius semper auctor  
fuisti constantissimus in tumore , motu-  
que vesano multorum magnorumque  
medius , & in ea quoque re hodie totus  
es. Spero & certe confido huic operi ,  
quod conspiciatur omnium oculis , fœ-  
neraturam luminis stricturam aliquam  
tantum tanti nominis splendorem , cui  
adjunctis interim in vicem fidemque  
trium postremorum tribus semper cur-  
rentium Observationum libris X V I I I .  
X I X . X X . id omne summisse suspen-  
do , obsecrans pro tua bonitate , ut boni  
consulas bonum animum , nec fallas o-  
pinionem quam semper habui de te , ni-  
hil à me posse proficisci , quod per tibi  
gratum non sit. Vale Avarici Biturigum  
Id Mar. M. D. LXXIX.



## EXTRAIT DU PRIVILEGE du Roy.

Par Grace & Privilege du Roy ,  
donné à Versailles le 29. jour du  
mois de Janvier 1686. signé , Par le  
Roy en son Conseil , LE PETIT , & Scellé  
du grand Sceau de cire jaune , il est  
permis à MARIN FOUCAC Marchand  
Libraire à Toulouse , de reimprimer un  
*Livre intitulé*: Paratilla in libros quin-  
quaginta Digestorum seu Pandectarum  
Imperat. Justiniani. opus Jacobi Cuja-  
cii , cum notis Chassanæi , & Paratilla in  
Libros I X. Codicis Justiniani , cum  
enarrationibus Fabroti , & ce durant le  
temps & espace de six années consecuti-  
ves , à compter du jour qu'il sera achevé  
d'imprimer pour la première fois en vertu  
des présentes. Pendant lequel temps nous  
faisons tres - expresses défenses à tous  
Imprimeurs , Libraires ou autres , de  
faire imprimer , vendre & distribuer  
ledit Livre sous prétexte d'augmentation

*correction, changement de titre ou autrement , à peine de deux mille livres d'amande , & autres peines portées par ledit Privilege.*

Registré sur le Livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris , le 5. Fevrier 1686. suivant l'Arrest du Parlement du 8. Avril 1653. & celuy du Conseil Privé du Roy , du 27. Fevrier 1665.

C. ANGOT , Syndic.

Et ledit Marin Fouchac , a fait part de son Privilege à Pierre Salabert & Guillaume Bely , aussi Libraires de Toulouse , pour en jouir suivant l'accord fait entr'eux.

Achevé d'imprimer pour la premiere fois , en vertu du présent Privilege , le 20. Avril 1686.

PARATITLA  
IN LIBROS IX.

CODICIS  
JUSTINIANI

repetitæ Prælectionis.

*Opus JACOBI Cujacii.*



O DICIS nomine propriè  
significantur chartæ , qui-  
bus quod inaratur facile  
deleri potest ut reponatur  
aliud , non chartæ simili-  
ces , quæ à Papyro nomen  
retinent , licet non ex pa-  
pyro fiant , sed ex panni-  
culis , quibus semel tantum fungi possumus.  
Qua de causa commodatum quidem consistit in

codicibus & pugillaribus l. in commodato §. sicut  
commod. quæ negantur esse in supellectili , l. 6.  
D. supell. leg. sed non in eo chartæ genere , cu-  
jus abusus est , non usus. Et parsimoniaz species  
est in Codice scribere : nam & ejus scriptura  
quoque brevior , ut Cassiodorus Fortunatia-  
num artigraphum se profitetur in pugillarem  
Codicem in gratiam eorum , qui brevitatem  
amant, redigisse. Chartæ igitur , ut & membra-  
næ nomen ambiguum est : Nam vel chartæ aut  
membranæ simplices eo significantur , vel pu-  
gillares chartacei aut membranei , quam mul-  
tiplicem pellem Martialis vocat in disticho in-  
scripto Homero in pugillaribus membraneis &  
ita in l. chartæ de bon. pos. sec. tab. nova char-  
ta est pugillar purum , in quo nondum quid-  
quam scriptum est , deletitia , vetus , quod scrip-  
turam variam recepit frequenti deletione , &  
ut legitur in veteribus glossis , deletitia , παλιμ-  
ψητερη. In his stilus scribit , ut Hieronimus ait  
ad Principiam virginem , in illis calamus. Est  
verò majestas & diuturnitas major scripto si  
quid exares in his , hoc est in Codicibus , quām  
si in chartis aut membranis simplicibus , sicut  
membranis quoque major quām chartis , adeo  
ut pleraque hodie non valeant nisi in membra-  
nis scripta , velut Codicili dignitatum , & S. C.  
Verum ut populi leges , ita generales constitu-  
tiones Imperatorum , ne dicam rescripta , l. pen.  
inf. de diu. ref. moris erat pugillaribus scribi  
cujuscumque materiæ , chartaceis , ligneis , æneis ,  
vel eburneis , atque ita servari singulas , vel uni-  
versas in unum corpus collectas in scriniis me-  
moriæ & dispositionum , ut Impp. l. omnium ,  
de testam. scribunt , jus in suis scriniis esse con-

stitutum , & ad Traianum Plinius : edicta Imperatorum vera & emendata in scriniis esse Trajani : & Theodosius in confirmatione sui Codicis , eum Codicem haberi in sacris scriniis Zonatas de XII. tab. ὅστις φυλακῆς ἐνεργήσας ἀξιος , εἰς σανδόνιος ἐθησανεῖται. Responsa autem sua vel interpretationes & commentaria solebant prudentes chartis aut membranis prescribere , quorum etiam quidam libris suis membranarum titulum adhibuit. Et hac ratione factum opinor ; ut liber potius Constitutionum Codicis nomen obtineret. Corpus autem collectum ex libris Jurisconsultorum veterum , etsi potuerit impropriè Codex appellari , & verò ita appelletur I. 1. & 2. de vet. jur. encl. Maluit tamen Justinianus Digestorum seu Pandectarum insignire nomine , quo etiam plerique juris auctores suos nuncupavere libros. Et obtinuit quidem illud Codicis nomen primum liber , quo continebantur Constitutiones Imperatorum ab Adriano ad Valerianum & Gallienum , diutiusque est Codex Gregorianus à nomine juris studiosi , qui huic collectioni dedit operam. Subsequutus est Codex Hermogenianus ab Hermogeniano similiter ejus editionis auctore , quo continebantur Claudi , Aureliani , Probi , Cari , Carini & innumeræ Diocletiani & Maximiani constitutiones , ut perperam Codici Gregorio adscribantur quædam Diocletiani & Maximiani , cùm fuerint omnes in Codice Hermogeniano. Exiit postea tertius Codex jam non à Jurisconsulto ullo , sed ab Imperatore ipso Theodosio , cuius auctoritate conditus est , denominatus Codex Theodosianus , qui Constitutiones complectitur à divo

Constantino Imperatorum omnium usque ad ipsum Theodosium. Et ut ex Gregoriano nihil sumpsit Hermogenianus, ita nec ex hoc vel illo Theodosianus quidquam, sed omissas in Gregoriano sequentium Imperatorum Constitutiones Hermogenianus habet usque ad Constantimum, omissas in Hermogeniano Theodosianus. Longe alia ratio fuit Justiniano componendi Codicis hujus, quem de suo quidem nomine appellari voluit Justinianum, ut suum Theodosius Theodosianum, sed non eas tantum Constitutiones in ordinem & compendium digessit, quas post Theodosianum sequentes Imperatores ediderant, sed etiam ex tribus superioribus Codicibus Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano, & ex Novellis etiam post Theodosianum Codicem, vel ab Theodosio, vel ab insequentibus Imperatoriis editis, omnes quæ ad usum sui temporis facere videbantur. Rursus cùm similes essent contrariæque invicem Constitutiones permisimus relatæ in illos tres Codices, Justinianus quantum potuit è suo accuravit tolli contraria, similia, supervacua, inutilia omnia. Et hunc quidem suum Codicem edidit bis. Prior editio abolita est quæ exierat ante Digesta & Institutiones, de qua sunt Constitutiones huic Codici prælatæ de nov. Cod. fac. & de Just. Cod. conf. Posterior de qua est constitutio illis subdita de emend. Cod. Justin. divisa in XII. libros quasi XII. tab. ut Harmenopolus ait, ea est qua utimur, & cuius titulos suscepimus explicandos, post editionem Digestorum & Institutionum confirmata atque perfecta. Et hac quidem posteriori editione multas quæ erant in

priori limavit, detraxit, mutavit, multas addidit & suas & alienas constitutiones. Suas, inquam, & decisiones juris controversi numero quinquaginta, & alias complures constitutiones novas. Denique hoc genere priorem suum Codicem emendavit & expurgavit, atque ob eam rem hunc Justinianum Codicem repetitæ prælectionis appellavit eleganter scribens: quod repetita prælectio probavit satis esse validum satisque formosum, & quod maximè notandum est, secundas editiones à veteribus ait repetitas prælectiones appellatas fuisse, & Ulpianum retractatis libris suis ad Sabinum satis innuit secundæ editioni hunc titulum adscripsisse. Prælectiones scilicet vocabant lectiones quibus præceptores discipulis præeunt, præmonstrantque vias discendi ac intelligendi aut voce viva, aut ex scripto. Nam & quæ ex scripto veniunt quasi è voce magistra manare videntur, ut Justin. in constit. de confirm. Cod. Just. & in alia de concep. Digest. Juventuti ait legum eruditionem à voce sua, ab ore suo procedere. Porro quod Alciatus & alij quidam affirmarunt decisiones tantum quinquaginta emendare jus vetus relatum in Digestis, & dignosci eas ex Coss. Lampadio scilicet, & Oreste, vel post eorum consulatum semel & iterum, vel Justiniano III. vel Justiniano IIII. & Paulino, il equidem negare malim, & affirmare contrà constitutionibus plerisque cum emendassemus jus vetus quod erat certum, decisionibus certum fecisse quod erat controversum. Nam hæc una ad constitutionem Justiniani de emend. Codic. Justin. constitui differentia potest inter decisiones & constitutiones. Et quod

ad Coss. attinet ea nota communis est constitutionibus & decisionibus, non decisionum propria. Sed & Decio Consule, quo anno exierat prior Codex, mense Aprili, possit esse aliqua vel decisio vel constitutio. Quod verò Matthæus Monachus quidam scriptit etiam Digestorum corpus bis editum fuisse: primum brevius, deinde auctius redditum paratitlis, & paratitla esse ἀναπληρώσεις, ut loquitur, sive repletiones eorum quæ cuique titulo Digestorum dicerant in priori editione & scholia, ipsa fides veri refallit satis, quæ fidem facit unam tantum Digest. editionem fuisse, & paratitla Justinian. leg. 1. & 2. de v. et. jur. enuc. nihil aliud esse ostendit quam breves & subtile titulorum interpretationes & quasi monitoria sive claves eorum quæ singulis titulis continentur. Et titulus ipse clavis est scripturæ, ut Hieronymus dixit in prefatione Psalmorum, & ut Justiniani barbarisino utar, paratitus igitur.

### Enarratio

**Q**Uæ à papyro nomen ret.) Frutice Nilotic. Dioscorides libro 1. capite cxv. παπυρος, ον ο χαρτης κατασκευαζεται : papyrus, ex qua charta præparetur. Sic etiam βυζλιον antiquum nomen retinet: εγίνετο γδ̄ ποτε το χαρταριων σωματεια τη φυσιος ο βυζλιος ολεγετο: Chartarum enim corpora siebant ex planta, quæ byblos dicebatur, ut ait Eustath. ad Iliad. III

Ex panniculis ] Contusis.

Et parsimonie species est ) Marcus Tullius epistolarum ad famil. VII. 18. Nam quod in patimpersto, laudo equidem parsimoniam, &c.

Nam & ejus script.] Nam quod inaratur facile deleri potest, & præterea scriptura ejus brevior.

Ut Cassiodorus ] In libello de Rhetorica.

. Fortunat. artigraphum ] πχωχεαφον. utitur Servius in I. & II. Æneidos.

Vel pugillares chartacei ] Charthæ appellatione etiam codices seu pugillares chartacei significantur. Hesychius & Suidas : τόπος γράπτης. Pugillares plures tabellas continent in seriem fitas, Asinius in Valerium libro I. ut & antiqui plures tabulas conjunctas codices dicebant. Seneca de brevitate vitæ capite XIII. Plurium tabularum contextus caudex apud antiquos vocabatur : unde publicæ tabulæ codices dicuntur. Anastasius bibliothecarius interpres vitæ sancti Joannis eleemosynarii in præfat. Licet membranas intiderim, schedulas præparaverim, non tamen hunc in Codicem confidere ausus sum.

Aut membranei ) Membraneæ pro membraneis pugillaribus apud Martialem epigram. XIV. 184. 186. 188. 190. 192. Homerus, Virgilius, Cicero, Livius, Ovidii Metamorph. in membraneis, id est, pugillaribus membraneis. vetus inscriptio. PUGILLARES MEMBRANACEOS. Glossæ Græcolat. σωματίου , membrana. Potes & corpusculum reddere Marius Victorinus artis Grammaticæ libro I. In duobus corpusculis Iliados & Odyssæ : id est, σωματίοις Iliados καὶ Odyssæ. Hesychius: Ilias, το Ομηρού σωματίου Ilias, Homeri corpus, ut in l. librorum 52. §. 2. D. de legat. 3. Cælius Aurelianus præfat. in v. libros Chron. Dehinc Soranus plenissime cunctarum diligentiam tradidit, atque speciale corpus scripturæ fornavit, & codem exemplo corpus juris

exemplo corpus juris in l. un. C. de rei ux. act. Livius III. *Absolvī posse velut corpus omnis Romani juris. Le corps du droit. Josephus ad. a. 2000 & 1500ias, corpus historiæ.*

Nova charta est pug. pur. ] Ut membranæ puræ, & charta pura in d. l. librorum §. 4. quæ & charta virgo Marcello Empirico capite VIII.

Quod scripturam variam ] Martialis XIV. 7. Esse putas ceras, licet hæc membrana vocetur.

*Delebis quoties scripta novare voles.*

In veteribus glossis ] Græcolatinis.

*Παλίμψηστος,]* Plutarcho. *παλιμψέστος,* & apud Ciceron. & Catull. palimpsestus.

Stilus ] Ferreus. In pugillaribus ceris scribit stilus, sive acumen ferreum, Prudentio.

Sicut membr. quoque major ] Constitutiones Siculæ libro i. tit. lxxviii. Volumus etiam & sancimus, ut prædicta instrumenta publica, & aliæ similes cautiones nonnisi in pergamenis in posterum conscribantur. Cum enim eorum fides multis futuris temporibus duratura speretur, lustum esse decernimus, ut ex vetustate forsitan destructionis periculo non succumbant. Ex instrumentis & chartis papyri, vel alio modo, quam ut dictum est scriptis, nisi sint apochæ, vel antapochæ, in judiciis vel ultra judicia nulla omnino probatio assumatur, scripturis tantum præteritis in suo robore duraturis.

Et Senatuscons. ] Ea marmoreis incidi tabulis jubet Athalaricus apud Cassiodor. var. IX. 16.

Codicilli dignitatum ] πρωτίδες Γαστινγι.

Ligneis, æneis] Ut leges XII. in tabulis roboreis, Dionysius II. deinde in æneis, Idem X. Horatius de arte P. --- *Leges incidere ligno.*

Eburneis.] l. 2. §. exactis, D. de orig. jur. quidam tamen ibi legunt, *quas in tabulas æreas perscriptas*, &c. Nil mutandum. Scholia festes Theophili ad titulum de legit. adgnat. tut. οὐδὲν γένεται δέλτοις ἐλεφαντίνους γραφέτες scriptæ erant in tabulis eboreis. Vide Cujac. ad d. §, exactis. Josephus Scaliger legebat, *roboreas*, & in d. l. librorum *roboreis*, pro *eboreis*. Sed Theophili auctoritate confirmatur, οὐδὲν γένεται δέλτοις πλυχίοις, §. 12. Instit. de testam. id est, in pugillaribus vel codicibus eboreis. Ebur autem non fuissè ineptissimam scribendo materiam, ut putabat Scaliger, colligi potest ex his quæ notavit Sirmondus ὁ πάντων ad Sidoniz librum VIII. epistolarum 6.

In suis sacrificiis] Julianus Imperator in epistola XXV. ad commune Judæorum: οὐ τοῖς εμοῖς σκρινίοις. in suis archivis, regestis, Prudentio.

Plinius] libro x. epist. 71.

Zonaras] Tomo II.

Aut membranis] Ut plerique in membranis scribere solebant. Horatius de arte P.

*Membranis intus positis delere licebit.*

Quod non edideris.

Adde Satyram III. libri II.

Quidam libris suis] Neratius.

Quantum potuit è suo accuravit tolli cont.] Vide Cujaciūn tract. VIII. ad African. ad leg. 34. D. mand. & Observationum librum v. 38.

Supervacua, inutilia omnia] In constitutione concept. Digestor. §. 8. 9. & 10. Idem-

que propositum Basilio Macedoni Basiliacōn auctori, ut præter alios scribit Constantinus Porphyrogeneta in libro de vita & gestis Basilii Maced. capite xxv. in fine Eὐρωπῆ, inquit, καὶ τοὺς πολιτικούς νόμους πολὺν ἀστιρεῖν καὶ στήχυ τὸν ἔχοντας Δῆμος τὸν ἀγορᾶς ὡς τῷ καὶ πονηρῶν συναντεῖσθαι, καὶ τὸν λέγων ἃ τὸν τοῦ αὐτοκράτορος αὐτοκράτορας εἰλαν, καὶ τὸν πολεμῶν ανακαθαρεῖς τοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ ὡς τερπεῖν σωτῆρας καὶ φαλαῖρος, Δῆμος τοῦ εὐμνησίερος τὸν τοῦ τερπεῖν αὐτοκράτορας cum autem leges civiles comperrisset plurimum obscuras & confusas propter bonarum malarumque commisionem, eas, quæ de jumentudine inumbratæ fuerant, amputans, & earum quæ in ipsis rerum argumentis obtinebant, multitudinem expurgans, veluti quodam compendio capitibus, ut facilius memoria teneri possent, priorem infinitatem conclusit.

Ut Harinenopulus ait ] Libro i. tit. i. §. vii.

Codicem repet. lect. ) In constit. de emendat. Codic. §. 3. Sedulius presbyter Codicis Hieromog. trinam editionem laudat in praef. Pasch. oper.

Secundas edir] Posteriori editione multa quæ erant in priore auctores detrahunt, mutant, refigunt, ut de Eunapio scribit Photius in Bibliotheca.

Prælectiones scilicet vocabant, &c.) In colloquio Scholastico: Invenio magistrum prælegentem: Εὑρίσκω καθηγούντων ἐπαραγγελούντων. Vide Quintilianum Institutionis ii. capite v.

A. Gellius xviii. 5. Si magistrum prælectoremque habuisset alicujus æris Macrobius Saturn. 1. 2. 4. Qualiter eos (Virgilii versus) pueri magistris prælegentibus canebamus.

Paratitla esse ἀναπληρώσεις ) Matthæus Bla-

stares ait, Paratitla esse *παρατίτλων*, id est, accessiones & supplementa ex aliis titulis desumpta, ita dicta vocabulo *παρατίτλων*, quasi extra titulum, quod confirmant Græci libro lx Basiliæ cōn titulo xvi. cap. ii. ut parapherna dicuntur, que extra dotem ad virum deferuntur. Dicemus plenius ad Theodori Balsamonis collectionem constitutionum Ecclesiasticarum.

Leves & subtile ] Justinianus in constitut. de concept. D. Sufficiat per indices tantummodo, & titulorum subtilitatem, quæ παρατίτλος nuncupantur, quædam admonitoria ejus facere. & de confirmat. D. Si qui forsitan per titulorum subtilitatem adnotare maluerint, & ea que παρατίτλος nuncupantur, componere. Ait autem Justinianus, per titulorum subtilitatem, id est, πεπιστημα. Commentarios scilicet fieri verat, probatque tantum interpretationes compendio factas. Beatus Cyprianus testimoniorum adversus Judæos libri i. præfat. Sed & legentibus brevitas ejusmodi plurimum prodest. dum non intellectum legentis & sensu liber longior spargit, sed subtiliore compendio id quod legitur tenax memoria custodit.





# CODICIS JUSTINIANI LIBER PRIMUS.

---

**Tit. I.** De summa Trinitate & fide Catholica, & ut nemo de ea publice contendere audeat.

**I**us sacrum five de religione Christiana quod Thodosius contulerat in ultimum sui Codicis librum, Iustinianus in hoc suo Codice honoris causa, vel ut loquuntur *Ἄλλον μέτον*, maluit ponere primo, & exordiri statim à præcipua ejus parte, de sancta Trinitate & fide Catholica, dēque ea ita definire: **Unum esse Deum in tribus personis, Patre, Filio, Spiritu sancto per omnia æqualibus divinitate, æternitate, maiestate, virtute, claritate, gloria, substantia. Christum esse singularem & unigenitam filium Dei, summæ Trinitatis personam unam, Deum de Deo, lumen de lumine, ut ait l. 2. hujus tit. & inhumanatum utero virginis Mariæ, Deum & hominem, Deum patri ὁμοουνον i. substantia**

parem & similiter hominem ὄμοιον per omnia nobis, certissimam salutem redemptionemque humani generis, ac proinde sacratissimam virginem Mariam non Christi, quasi hominis tantum, sed etiam Dei matrem nominari verè, & hanc esse fidem Catholicam, quam & ipse latius profitetur & laudat l. 5. 6. 7. 8. populo in testimonium advocato & utriusque Romæ Archiepiscopis. Sunt & alia fidei Catholicæ capita. Sed cum in aliis congruerent illo tempore Christiani satis, in his mirum in modum inter se discrepabant. Et qui à Catholicis sive Orthodoxis seorsum sentiebant Arriani sive Porphyriani sunt & Nestoriani sive Simoniani & Eutychiani sive Apollinariani, ut l. 6. & 8. inf. de hæret. Christiani hæretici, aut ne Christiani quidem, maximè Arriani & Nestoriani, l. damnato, eod. De Spiritu sancto quod Impp. aiunt in l. 2. eum se ex summo rerum parente & sperare & accipere, Accursius male notavit: Nam & veteres omnes ita loquuti sunt, licet non negarent eum etiam prodire ex filio, nec ea de re ullum, erat illorum Imperatorum ætate in Ecclesia discriminē.

### Enarratio Tit. I.

**D**E sancta Trinitate) Trinitatis appellatio vetustior est quam creditum viris eruditis, qui putant eam primum receptam in l. Synodo Alexandrina, id est, anno Christi cccxv. Ego moveor Iustini martyris scriptoris longe antiquioris auctoritate in libro de expositione fidei, cuius verba hæc sunt: μονάς γένεσις τριάδος καὶ τριάδος εἰς μονάδην γνωσίτε: unitas in Trinitate intelligitur, & Trinitas in u-

nitate noscitur. Verum de libri hujus auctore dubitari audio. Apertius, inquiunt, & distinctius differit de Trinitate, quam scriptoribus ejus xvi solemne est. Atqui Lucianus, qui eodem fere tempore vixit, non minus aperte & distincte significat, quæ tunc fides esset Christianorum, cum in dialogo qui inscribitur, φιλοπατερίς, ή διδασκόμενος, more suo religionem illorum irridet his omnino verbis: Kęs. Kai πάντα ἐπομέονται γε. Τριψυμέδων τὸν Θεὸν, μέγαν, αὐτούς τοὺς, τοὺς, πατέρας, πνεῦμας ἐν πατέρος συντομεύοντος, ἐν εὐτελεῖ, καὶ ἐξ εἰς τοῖς: Quemnam igitur tibi jurabo? Deum alte regnantem, magnum, immortalem, cœlestem, filium Patris, Spiritum ex Patre procedentem, unum ex tribus, & ex uno tria. Nollem interpretem Clementis Alexandrinī Stromatum i v. abusum Trinitatis verbo in his vertendis: οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν τελεῖ, πίστις, ἔλπις, ἀγάπη. & ita mallem reddere: Cujus fundamen-  
tum est sancta triga, Fides, Spes, Charitas.

Et fide Catholica ) Vincentius Lirinensis in Comm. In ipsa Catholica Ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est; hoc est enim vere propriété Catholicum (quod ipsa vis nominis ratioque declarat) quæ omnia vere universaliter comprehendit. Sicut Ecclesia Catholica dicitur, quod sit ubique diffusa, ut ait Optatus Milevitani II. de schism. Donatist. καὶ ὅλης ὁντς οἰκουμένης ἑως τῶν αἰώνων τῆς γῆς διεστραφθεῖ : per universum orbem usque ad fines terræ seminata, ut Irenæus libro i. adversus hæres. c. ii. & iisdein fere verbis Cyrillus Hierosol. Catech. xviii. Propterea quod ejus

cultus per omnes pene mundi terminos emanavit,  
Catholica vel universalis vocatur. Boëtius Se-  
verin. de S. Trinitate libro I. vide S. August. de  
vera religione cap. vi. & ejusdem epistola clxx.

Unum esse Deum in tribus perf.) S. Joannes  
in epistola I. cap. v. versic. VII. ὅτι τέσσερις εἰσὶν οἱ  
μαρτυρῶντες τῷ σεβαστῷ, ὁ Λόγος, καὶ τὸ ἄγνω-  
τινον. καὶ τοις οἱ τέσσερις εἰποῦσιν: Quoniam tres sunt  
qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum,  
& Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Non  
clam me est, versum hunc deesse in plerisque  
codicibus qua Græcis, qua Latinis: Sed neque  
versio Syriaca, & Arabica illum agnoscunt. Re-  
ceptius tamen est genuinum esse, maximè quod  
neque veterum codd. auctoritate careat. Testi-  
monia de filii deitate, & de Trinitate, quia Deus  
est, & de Spiritu sancto quia Deus est, colle-  
git Fulgentius adversus Pintam libro III. cap.  
VII. VIII. & IX. Epigramma Græcum Antho-  
log. lib. IV. capite XXVIII. in fine Πιστῶν νομί-  
ας οὐς Θεός εἴσι Λόγος Credens sincere quod Ver-  
bum Deus est. Lucifer Caralitanus I. pro sancto  
Anastasio: Quid aliud confitetur fides Catholicæ  
Ecclesiæ, nisi quia & Trinitas sit perfecta, & una  
sit Deitas Patris, & Filii, & Spiritus sancti.  
Dealias, ut in conflictu Arnobii & Scaptonis  
de Deo trino & uno, & in exemplo fidei Sirmio  
ab Orientalibus contra Photium conscriptæ:  
quæ apud sanctum Irenæum de Synod. adver-  
sus Arianos: *Si quis unicum filium Dei crucifixum*  
*audiens, dealitatem ejus, &c.* D. Augustinus li-  
bro I. de doctrina Christiana capite V. *Non fa-*  
*cile nomen quod tantæ excellentiæ conveniat*  
*poteſt inveniri, niſi quod melius ita dicitur: Tri-*  
*nitas haec uero Deus, ex quo omnia, per quem*

*omnia, in quo omnia. Ita Pater & Filius, & Spiritus Sanctus, & singulus quisque horum Deus, & simul omnes unus Deus, & singulus quisque horum plena substantia, & simul omnes una substantia. Pater nec Filius est, nec Spiritus Sanctus: Filius nec Pater est, nee Spiritus Sanctus: Spiritus Sanctus nec Pater est, nec Filius: sed Pater tantum Pater, & Filius tantum Filius, & Spiritus Sanctus tantum Spiritus Sanctus.*

In tribus personis ) D. Augustinus de Fide ad Petrum cap. i. Trinitas vera non esset, si una eademque persona diceretur Pater & Filius, & Spiritus Sanctus. Si enim sicut est Patris, & Filii, & Spiritus sancti una substantia, sic esset una persona, nihil omnino esset, in quo veraciter Trinitas diceretur. Quæ verba excripsit Fulgentius Ruspensis Episc. in libro de Fide cap. i. Idem Augustinus in serm. cxci. de Tempore. Ut confutantes Arrium unam candemque dicimus Trinitatis substantiam esse, & unum in tribus personis fatemur Deum, &c. & sermone xiv. Supplementi operum parte altera: una est in Trinitate substantia deitatis, una virtus, una potestas, una maiestas, unum nomen divinitatis. Photius Patriarcha CP. epistola ad Joannein Spatharium: καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ὄργους τε καὶ ἱερους, μίαν σοιαν καὶ θεότητα τὸν υἱοντας εἰς τοῖς ποιοις τειστὸν λαδεγενῶν &c. Secundum Ecclesiasticas definitiones & leges unicam substantiam & Deitatem in tribus subsistentiis & personis colens &c.

Per omnia æqualibus ) Testimonia de æqualitate Patris & Filii collegit Fulgentius d. lib. iii. capite vi. Salyianus de Provid. D. v. de

Arrianis : Nos eos injuriam divinam generationi facere certi sumus , quod minorem Patre Filium dicant . Illi nos injuriosos Patri existimant , quia æquales esse credamus . Divus Augustinus de Trinitate libro i . capite iv . Qui ante me scripserunt de Trinitate , quæ est Deus , divinorum librorum veterum & novorum Catholic tractatores , hoc intenderunt secundum scripturas docere , quod Pater & Filius , & Spiritus sanctus unius ejusdemque substantiæ inseparabilis æqualitate divinam insinuent unitatem . Dictum autem Evangelicum , Pater major me est , Joannis xiv . 28 . sic interpretatur Ammonius apud auctorem Catenæ in Joann . οὐ τὸ μεῖζονα ἐστὶ τὸ Πατέρα , ποιεῖ αὐτὸν εἰπέτεος οὐσίας , αὐτὸς διφερόντι φασιν , ὅτε λιγὸν ἐπὶ γῆς αὐτὸς ἀνθρώπος , μεῖζονα εἶπε τὸ Πατέρα , τότο δέ τὸ φανόμενον σῶμα λέγει ἐπεὶ καθόλος ἐστι Θεὸς , γάρ τοι πάντων ἐστὶ τὸ Πατέρος , γάρ τοι οὐρανούς αναγεννᾷ ὁ τὸ παντακτήρας , καὶ ἀκάριστος αὐτὸν τὸ Πατέρος Quid Pater major sit , non facit , ut ipse alterius substantiæ sit , ut heretici dicunt . Cum in terra degebat , in quantum homo dicebat : Patrem majorem esse propter corpus . quod videbatur . In quantum tamen Deus est , neque minor est Patre , neque in cælum ascendit , qui omnia implet , & immensus est ut Pater . Leo i . sermone vii . in solemnitate nativitatis D . Jesu Christi : Cum unigenitus Dei minorem se Patre confitetur , cui se dicit æqualem , veritatem ipse formæ utriusque demonstrat , ut & humanam probet imparitas , & diuinam declaret æqualitas , & sermone v . Filius impar est Patri , non in eo quod ex Patre , sed in eo quod est factus ex homine ὡς ἡδονὴν & τὸ πάντων τὸ αἰώνων εἰς πατέρος γένοντεis .

τινὶ σάρκα κεραυνόποτος ἀνέλαβε διημᾶς, Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi XII. Verbum enim aeternum ante omnia saecula a Patre genitum: corpus autem recens propter nos assumpsit. Fulgentius in libro singulari ad Donatum cap. vi. Aequalis est Filius Patri, & minor est Filius Patre: aequalis vera divinitate, minor vera humilitate. Ejus loci varias interpretationes vide apud sanctum Basiliū epist. cxli. Photium epistola clxxvi. & Nicetam Manuelis Cominem. libro VII.

Aeternitate) Divus Augustinus I. de doctrina Christiana capite v. Eadem tribus aeternitas &c. ut cum Patre sit in temporalis & Filius, Sanctus Hilarius de Synodis adversus Arrianos Divus Augustinus d. serm. cxc. credimus, & in Spiritum sanctum, Deum verum ex Patre procedentem, aequalem per omnia Patri & Filio, natura, voluntate, potestate, aeternitate, substantia. & de Trinit. lib. xv. capite xxvi. Quapropter qui potest intelligere sine tempore generationem Filii de Patre, intelligat sine tempore processiōnem Spiritus sancti de utroque. Maximus Taurinensis homilia I. de jejun. Quadrages. Dei enim Filius cui cum sempiterno Patre intemporalis constat aeternitas. vide Cyrrillum Hierosolym. Catech. VIII. Denique Filium agnoscimus σωματίδιόν τε καὶ συνάρχον τῷ Πατέρι, coeternum Patri, una cum Patre principio carentem, ut est in actis Concilii Nicæni parte II. comperpetuum ut Prudentii verbo utar. Achimes ὥσπ. cap. II. ἀγιασ ἀναρχας καὶ ἀκορεῖς τειαδος: Sanctæ intemporalis & individuae Trinitatis.

Majestate) Pari majestate, l. I. D. Augustinus d. c. v.

Virtute] Justinianus in l. 5. h. t. προσκυνοῦ-  
μενού μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν : adoramus unam  
Deitatem, unam potestatem. Divus Augustinus  
d. capite v. Eadem tribus majestas, eadem pote-  
stas. Divus Hilarius de Synodis adversus Ar-  
rianos : Conclusi heretici scripturarum auctori-  
tatibus, hoc solum tribuere solent Filio, ut Patri  
tantum virtute similis sit, admittant autem ei simi-  
litudinem naturae, &c. Lactantius iv. 6. Patria  
scilicet virtute ac maiestate pollentem.

Claritate) Divus Hilarius dicto libro de Sy-  
nodis. Tum porro in eo quod honore, claritate,  
dignitate, maiestate Pater major diceretur &c.

Gloria) Divus Augustinus in d. serm. cxxix.  
οὐ γάρ αἷμα δέξας πατήσ, οὐ αἷμα νίος ἔχει. αἷμα  
μίαν ή τὴν αὐτὴν τὸ αἷμα πνεύματος : Non enim  
aliam gloriam Pater, aliam Filius habet, sed unam  
eandemque cum sancto Spiritu. Cyrillus Hierosolymitanus Catech. vi.

Substantia) D. Augustinus d. serm. cxci. Aca-  
ciani Filium Patri, tum substantia, tum volunta-  
te dissimilem esse dicebant, sive, ut ait Herinias,  
lib. iv. cap. xxviii. καὶ πάντας σύναντε, οὐ βουλη-  
σιον αὐτοῖς εἶναι τὸ Πτερὶ τὸ Υἱόν.

Christum esse singularem &c.] τὸ μονογενὲν τὸ  
Θεὸν υἱόν. d. l. 5. Glossæ: μονογενῆς, unicus singu-  
laris, ut Cicero. In Timæo scilicet: Ut hic mun-  
dus, inquit, esset animanti absoluto simillimus  
hoc ipso quod solus atque unus esset: idcirco sin-  
gularem Deus hunc mundum atque unigenam pro-  
creavit.

Summæ Trinitatis personam unam] εὐκ τὸν  
αἵματος οὐκέποντα τελεόδος, l. 7. h. t. unum pro nobis  
crucifixum, unam de Trinitate personam: nam  
utrumque recte dicitur. vide Facundum Her-

mianensem libro i. & notas Sirmondi.

Deum de Deo, lumen &c.) Sanctus Hilarius vi. de Trinit. Sed quia vera fidei professio est, ita Dcum ex Deo natum, ut lumen ex lumine, quod sine detrimento suo naturam suam præstat ex sese, ut det quod habet, & quod dederit, habeat nascaturque quod fit, cum non aliud quam quod est natum sit, & nativitas acceperit quod erat, non ademerit quod accipit, sit utrumque unum, dum ex eo quod est nascitur, & quod nascitur, neque aliunde, neque aliud est.

Lumen ) De Patre lumine. Prudentius Peristeph. hymno ult. v. cccxiii Lux ipse, vera, veri & auctor luminis: Cum lumen esset, lumen effudit suum. Ex luce fulgor natus hic est Filius.

Inhumanatum ] οὐανθρώπων. Facundus Hermian. libro ix. De incarnatione, aut ut propriè hoc exprimam, minus quidem Latino, sed necessario verbo, sicut à Græcis dicitur, de inhumanatione Filii Dei, id est, ὡς οὐανθρώπως. utpud sanctum Basiliū & alios οὐανθρώποις κυρίᾳ Inhumanationis quoque verbo utitur Anastasius bibliothecarius in historia Ecclesiastica.

Utero Virginis Mariæ ] πνεγένετος. Psel. Ius in Cant. canticor. Novo nascendi privilegio, ut ait servatus Lupus in libro de tribus quæstionibus: inexcogitabili, & secreto quodam incomprehensoque conceptu, ut Maximus Taurinensis homilia i. in Natali Domini: ἦν τὸν Θεόν οὐ τόντο, Dei partus omnem modum superat, Hieronymus Græcus Theologus in dialogo de Trinitate. D. Augustinus serin.

**LVIII.** de verbis Domini: *Adveniens enim di-*  
*vinitas in uterum Virginis Mariæ, auctoritate*  
*illa, qua in paradiſo Adam de limo formavit: car-*  
*nem sibi ex substantia ipsius Mariæ fabricavit*  
*quam pro salute nostra suscipiens, & sibi coadu-*  
*nans natus est Deus & homo.*

Deum & hominem] Vincentius in *Commo-*  
*nitorio. Unus idemque Christus Deus & homo.*

Deum Patri ὁμοστον] *Glossarium ineditum:*  
 ὁμοστον, τὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ ἐνηργείας ἴσον αὐ-  
 τη φερεῖται τὸ πάσχειν ὡς τῷ αὐτοῦ φερεῖσθαι αὐτόν,  
 καὶ αὐτελέσθαι αὐτόν, καὶ ζῶν· ζως, καὶ φλόξ  
 φλογὸς D. Augustinus tract. xcvi. in Joan. Ad-  
 versus impietatem quoque Arrianorum hereti-  
 corum novum nomen patris homousion condide-  
 runt: sed non rem novam tali nomine signave-  
 runt: hoc enim vocatur homousion, quod est,  
 ego & pater unum sumus, unius videlicet ejus-  
 demque substantiæ. Lucifer Caralitanus libro  
 ii. pro sancto Athanasio: *Unius substantiæ cum*  
*Patre, quod Græci dicunt ὁμοστον,* & in libro  
 de non parcendo in Deum delinq. *Eum non esse*  
*illum verum Dei filium dicitis. Cum denique*  
 ὁμοστον τῷ πατερὶ quod dicunt Græci, nos vero  
 Romani dicimus, unius substantiæ cum Patre,  
 illum esse &c. Eusebius Cæsariensis apud So-  
 cratem i. 5. ἐπεὶ καὶ τῷ πατέρεσσι θνῶς λογίους, καὶ  
 ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους, καὶ συγγραφεῖς ἐγκαθίδητοι εἰπεῖ τῷ  
 πατέρος καὶ υἱοῦ Γεοργίας τῷ τῷ ὁμοστίᾳ συγ-  
 γενομένους ὄνοματα. Epiphanius: οὐ διώσατε γένετο  
 ἐπεργούσι τῷ γεγνηκότι, οὐδὲ πατέσσι, αλλ' ὁμοστίᾳ. Consustantiam Patri secun-  
 dum divinitatem, & consustantiam nobis  
 secundum humanitatem, l. ult. h. t. Itaque Ar-  
 riani Christianos Catholicos homousianos

appellabant, Fulgentius contra sermonem Fa-  
stiosi Arriani, vel *Vnsubstiantianos*. Idem  
Fulgentius in libro pro fide Catholica adver-  
sus Pintam Episcopum Arrianum.

Certissimam salutem ] τὴν οὐσίαν σωτηρίαν,  
l. 5. hoc tit.

Dei Matrem ] Μαρίαν Θεόνυ εἶπεν καὶ εἶπε  
ἡ μητέρα τοῦ θεοῦ; l. 6. id est, Facundo Hermianensi  
interprete, libro i. capite ii. B. Mariam recte vo-  
cari, & vere & proprie Matrem Dei. Vide ibid.  
cap. iv Sic Photius epistola i. τὴν παναγίαν πα-  
ρέσθεν, τὴν κυρίαν τὴν αἰνίδιαν τὸν Θεὸν λόγον τεσσερ-  
κορεόν τεκνόν: Sanctissimam virginem, quae ve-  
re & proprie Deum Verbum incarnatum pepere-  
rat. Nestorius scripsit, Mariam non esse θεόνυ, &  
id est, non Deum peperisse, sed hominem. Hunc  
Synodus apud Ephesum damnavit. Vetus auctor  
in libro de hæresibus num. lxxxix. Christiani  
Catholici & θεοτόκου, & χριστόκου confitentur.  
Vide Arnobium in conflictu quem habuit cum  
Serapione de Deo trino & uno lib. ii. Aviti  
Viennensis epistolam ii. Ephremium Photii  
codice ccxxviii. Evagrium. i. 2.

Dei Matrem ] θεοτόκοι, θεοπεντορεοι, θεογεννιτε-  
ρεοι, Græci Patres.

Utriusque Romæ Archiep. ) Veteris & noui  
Romæ Patriarchis.

Arriani sive Porphyriani ] Ex Balsamonis  
collectione constitutionum Ecclesiasticarum tit.  
v. cap. vi. Photio Nomocanonis tit. xii. cap. ii.  
& libris veteribus, sic emendanda lex 6. inf. de  
hæretic *Damnato portentuosa superstitionis au-*  
*ctore Nestorio, nota congrui nominis ejus inura-*  
*tur gregalibus, ne Christianorum appellatione*  
*abutantur: Sed quemadmodum Arriani lege diue*

memoriæ Constantini ob similitudinem impietatis Porphyriani à Porphyrio nuncupantur, sic ubique participes nefariæ sectæ Nestorii, Simoniani vocentur. Julius Pollux in Chronico inedito: Καὶ Αρριανὸς καὶ τοὺς ὄμοιούς διπεκτυγχάνειν, καὶ πεσόντας, Πορφυρίανος αὐτοὺς ὀνομέσθαι.

Maxime Arriani ] Sanctus Hilarius in libro ad Constantium. A sub initium: *Christianus sum, non Arrianus*, Lucifer Caralitanus in libro I. pro sancto Athanasio de Arrianis: *Dicat denique se non esse Christianum, fateatur se Arrianum*. Et Paulo post: *Odis Athanasium, quod Christianus sit, quod esse noluerit Arrii, ut tu dicis, discipulus*. Sanctus Athanasius in orat. II. contra Arrianos: οἱ τότους καλοῦστες Χριστιανοὶ, πολὺ καὶ λίαν πλεωνάται: *Qui hos (Arrianos) Christianos appellant, largiter errant. aut certe Χριστιανοὶ Φειδῶς λεγέμενοι, falso Christiani dicti*. Cyril. Hier. cat. VI.

De Spiritu sancto ) Vera fides hoc oraculi versu continetur.

Περῶν Θεὸς, μητέπειτα Λόγος καὶ Πνεῦμα σωὶς αὐτοῖς. apud Cedrenum.

Sperare ] Sperare, est credere Cujac. Observ. XII. 26. Terent. Eunuchi v. Sc. III. *Spero me habcre*: Donatus: *Spero, pro credo*.

Nam & veteres omnes ] Divus Gregorius Nazianzenus in orat. XXIII. Κοινὸν γὰρ Πατέρι μὴν καὶ γῆ, καὶ αὐγή. Πνεύματι μὲν γεγνόνται, καὶ ηγέρθη μὴν, νιᾶς δὲ καὶ αὐγῆς Πνεύματι, τὸ εἰς τὸν Πατέρος: *Commune quidem Patri & Filio & Spiritui sancto, quod facti non sint. Communis & Deitas, Filio autem & Spiritui sancto quod à Patre. & in Oratione XXXIX. Πνεῦμα ἄγνοι αἰληθῶς τὸ πνεῦμα, περὶ οὐν τὸν Πατέρος, σὸν υἱῶν δὲ οὐδὲ* γὰρ

χαριτῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς. *Spiritus sanctus* verē *Spiritus* est, procedens quidem ex Patre, non tamen filiationis modo, ut nec generationis, sed processionis. *Sanctus Basilius* in psalm. xxxii. ὡς οὐδὲ ὁ δημιουρὸς ἐσερίσω τὸ οὐρανόν, οὐτε τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὁ πατὴρ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται, τινάτερον, ὁ ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ (ἰνα μὲν τὸ ἔχον εἰπεῖ καὶ τὸ κληρονόμον αὐτὸν κείνον, ἀλλ' οὐς τὸν Θεόν ἔχον την τὸν ψαύσατον δοξαλήν) Sicut igitur verbum opifex cælum confirmavit, sic & *Spiritus sanctus* ex Deo, qui ex Patre procedit, hoc est, qui ex ore ipsius est (ne externum aliquid, & creaturam esse ipsum judices, sed tanquam ex Deo subsistentem glorifices) *Eunomius* *Spiritu* sanctum creaturam esse dicebat, ut scribit, idem *Basilius* II. aduersus *Eunomium*. Idem vir §. in eundem Psalm. εὑρίσκομεν ἃ ἀπλαχοῦ καὶ λόγον σώματος ἀντὶ εἰσηγήσοντος γονέων ὁ σωτήρ, καὶ τὸ ἄκυνθον αὖτε. πνεῦμα τὸν πνεύματος. ἐπεὶ οὐδὲ λόγος μὲν κυρίου ὁ σωτήρ, καὶ πνεῦμα τὸν σώματος ἀντὶ τὸν αἴγανον πνεῦμα. Inveniemus autem alibi verbum quoque oris ejus dictum, ut intelligatur *Salvator noster*, & *Spiritus sanctus* ejus ex Patre. Quoniam igitur verbum Domini ipse quidem *Salvator*, & *Spiritus* oris ejus *Spiritus sanctus* est &c Nec probare possum interpretationem viri docti, qui verba illa sanctissimi Patris Basillii, τοιτέτον, ὁ ἐκ τοῦ σώματος αὖτε, de Filio putat accipienda. D. *Augustinus* in d. sermone cxci. Credimus & in *Spiritu* sanctum, Deum verum ex Patre procedentem. *Arnobius Altercationis* paulo ante citatæ libro i. ARN. *Spiritus sanctus* procedens ex Patre. *Serapion* paulo post: Tres personas memoror te dixisse, Patrem genitorem Filii, Filium genitum Patris, *Spiritu* sanctum procedentem ex Patre. *Lucianus* in loco

jam

jam allato initio tituli : πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐξπερὶ μενον : Spiritum ex Patre procedentem. Certum autem est, hominem, qui sectam Dei, sectam Christianam, ceu loquitur Tertullianus, suo more deridet, verba eorum usurpare.

Licet non negarent ] S. Augustinus Meditat. cap. xxxiii. sect. vii. Spiritum sanctum de unoque procedentem. & epistola lxvi. ad Maximum Medicum : Spiritus sanctus & Patris & Filii Spiritus. & libro 15 de Trinitate cap. xxvi. Et multis aliis divinorum eloquiorum testimoniosis comprobatur, Patris & Filii esse Spiritum. & ibid. Qui potest intelligere sine tempore generationem Filii de Patre, intelligat sine tempore processionem Spiritus sancti. Arnobius in d. altercione cum Separatione libro ii. Spiritu sancto procedente ex Patre & Filio. Didimus de Spiritu sancto, interprete D. Hieronymo. Patrem vere filii esse patrem, & Filium vere Patris filium, & Spiritum sanctum, vere Patris & Dei esse Spiritum, & in super sapientiae & veritatis, id est filii Dei. Leo i. in serm. ii. de Pentecoste : Sempiternum est patri, consempiterni sibi, Fili sui esse genitorem. Sempiternum est Filio, intemporaliter esse à Patre progenitum. Sempiternum quoque est Spiritus sancto. Spiritum esse Patris & Filii, Prosper in epigr.

Una trium deitas, una est essentia cunctis.

Idem est Verbi Spiritus atque Patris. Et de vita contemplativa libro i. 18. De Spiritu sancto quomodo ex Patre ac Filio procedens. Theodulphus Aurelianensis Episcopus veterum Patroni sententias colligit, quod Spiritus sanctus à Patre Filioque procedat. Et hoc

intellexit Fulgosius hic. licet, inquit, *Imp. dicat Spiritum sanctum à solo Patre procedere, non tamen negare, quin & à Filio procedat.* Quintimo ita Græci excusantur in Concilio Florentino: *οἱ μὲν Γερμῖνοι δισχυρίσαντο, ὅτε τῇτο ὅπερ λέγουσι τὸ πνεῦμα τὸ ἄγνοον σὺν τῷ πατέρος ἐκπορεύεται, γάρ ταῦτη τὴν διανοίαν ἀφέρεται, ὥστε αὐτὸς τὸν μὲν δόποντας εἶναι, &c.* Græci quidem asseruerunt, quod id quod dicunt, Spiritum sanctum ex Patre procedere non hac mente proferunt, ut excludant Filium, &c. Et ita excusandus Theophanes Cerameus cum ait in homilia LVI. *τὸν ἐκπόρητον μὲν ἔχει ἐκ τῷ πατέρῳ, Processionem habet à Patre.* & Zacharius Schol. in disputat. de mundi opit. *πνεῦμα Ἰησοῦ, ἀγελθόν ἀναρχως ἐκ πατέρος.* *Divinus Spiritus procedens intemporaliter ex Patre.* Græci tamen præfractè asserunt ex Patre tantum procedere, & à Latinis dissentunt, contenduntque perperam Concilio Constantinopolitano i. addita verba illa, *filioque*, ut præter alios differit Photius in epistola II. *Contra Græcos abunde scripsit Græcus auctor Manuel Caleca, & alii.*

### II. De sacrosanctis Ecclesiis & de rebus & privilegiis earum.

**E**Cclesias vocat ædes Deo consecratas, sive Dominica, in quæ conveniunt Christiani, mysteriorum, vel ut loquitur l. 5. cœlestium secretorum, orationum, concionum gratia, Pythagoræ ὥρακοτε, & collegia clericorum, vel, ut Hieronimus & Joannes Romanus Episcopus loquuntur, sacerdotum senatus, qui in eis

sunt: & ab ecclesiis martyria separat l. 13. 16.  
 17. quasi ecclesiæ scilicet cultui dedicatæ sunt  
 Dei omnipotentis, martyria honori, memoriarum  
 & sedi martyrum & confessorum, l. ult. C. Th.  
 de sep. viol. quæ & memoriarum D. Augustino. Et  
 de ecclesiarum & martyriorum bonis hoc titu-  
 lo potissimum agitur, & de salariis sive anno-  
 nis quæ debentur ecclesiis, etiam annua quæ  
 eis relictæ sunt ut integra & perpetua conser-  
 ventur. Et de ecclesiarum officiis quibusdam,  
 veluti decanis seu collegiatis ad obsequia ec-  
 clesiæ Coëstantinopoleos, maxime ad just.  
 funebria, Cedrinus παπδώχως interpretatur  
 deputatis, & de œconomis, i. administratori-  
 bus rerum ecclesiæ & dispensatoribus paupe-  
 rum, & de Arcariis, quibus œconomi rationem  
 reddunt, & reliqua, quæ in arcam communem  
 conferant, & de Chartulariis, qui ecclesiæ ra-  
 tiones actusque conficiunt. Adduntur etiam  
 privilegia ecclesiarum, personarum, & rerum  
 ecclesiasticarum, generalia, ut immunes sint à  
 fôrdidis, extraordinariis, vel superindictitiis  
 in munerebus, & nominatim Decani à muneribus  
 argentiorum vel nummulariorum, quæ in  
 civitatibus etiam invitis nonnunquam injun-  
 guntur, l. 9. & à lucrativorum descriptione si  
 curialibus forte ex causa lucrativa successerint,  
 ut donationes in eas collatæ valeant etiam fa-  
 ctæ μετρηγῶς & sine insinuatione, seu intimatione,  
 i. sine confectione auctorum; si modo  
 non excedant D. aureos, ut ecclesiasticæ auctio-  
 nes non tollantur nisi præscriptione C. anno-  
 rum, quæ duo postrema privilegia etiam civi-  
 tibus dantur, & illud de D. aureis abiit in jus  
 commune. Id vero quod est de C. annis muta-

tum est in xl. Et hæc quidem sunt generalia  
privilegia. Sunt & specialia in hoc titulo quæ-  
dam, veluti Ecclesiæ Tessalonicæ, l. 8. ut rele-  
vetur onere propriæ capitationis, non etiam  
agrorum censu: Et Constantinopolitanæ l. 14.  
17. ut prædia ejus coloni, servi, rustici, anno-  
 næ, vasa sacra sive anathemata nullo modo alie-  
nentur, aut pignerentur, ac ne dentur qui-  
dem jure παραικεῖσθαι, quod vulgo dicitur libella-  
ria: sed & locari vel in emphiteusim aut preca-  
riam dari ut non possint nisi certa lege modo-  
que, quod & hodie datum est omnibus eccle-  
siis abrogata etiam constitutione Anastasi sub  
hoc titulo, quæ aliarum ecclesiarum res alie-  
nari & pignerari permittebat adhibito decreto  
& auctorum monumentis confectis apud magi-  
stratus aut deffensores civitatum. Item ut eadem  
sit prerogativa in Episcoporum creatione, Ar-  
chiepiscopi Constantinopolitani quæ Romani,  
& in adsidendo vel procedendo ut is uni tan-  
tum cedat Romano, ut l. 6. hoc tit. & l. ult.  
tit. i. & Nov. 131. quod privilegium Patriar-  
chicum dicitur l. 16. & separatur à privilegio  
Metropolitano recte. Inferiores enim sunt Me-  
tropolitani Patriarchis, sive Archiepiscopis,  
& superiores Episcopis.

## II. Enarratio,

**E**Cclesias vocat ] Zosimus libro v. ἐκλησία  
τῆς χριστιανῶν: Ecclesia Christianorum. Gei-  
manus Archicp. C. P. in historia Ecclesiastica:  
ἐκκλησία ἐστιν ναὸς Θεοῦ, θέμενος αὐγῆς, εἰκός προ-  
σευχῆς: Ecclesia est aedes Dei, templum san-  
ctum, domus orationis. Matthæi capite xxi.

22. & 13. ἐπὸν Θεοῦ, οἶκος μας, οἶκος καρκευχῆς  
κληδονεται: templum Dei, domus mea, domus  
orationis vocabitur. Sanctus Basilius in libro  
Regular. fusiū disputat, cap. XL. ὡς Της ἐμπο-  
ρίας Τὸν οἶκον τῆς καρκευχῆς μεταποιουσόν εἰς σπή-  
λαιον ληστῶν: quasi nundinatio illa domum ora-  
tionis in speluncam latronum convericeret. &  
epistola CCCLXXI. οἶκον εὐκήρειον μεγαλοπέρειαν κα-  
τεγκενασμένον αναστήσαμεν τῷ Δεῷ υμῶν. Oratio-  
nis domum magnificam extruere Deo nostro. D.  
Augustinus in epistola LXIV. Saltem de locis  
sacramentorum, de domibus orationum tan-  
tum dedecus arceatur. Zeno Veronensis in ser-  
mone de psalmo CXXVI. aut potius Hilarius Pi-  
etaviensis in ps. CXXVI. Conventus quidem Ec-  
clesiarum sive templi, quos ad secretam sacra-  
mentorum religionem ædificiorum septa conclu-  
dunt, consuetudo nostra vel domum Dei solita est  
nuncupare.

Sive Dominica) S. Hilarius in libro ad Con-  
stantium A. E. Dominico ad palatum transeunt.  
Idatius Episcopus in fastis Consular. His con-  
sulibus dedicatum est Constantinopoli Dominicum.  
Græcis κυριακῇ Eusebius de laudibus Constan-  
tini: Τῆς Τοῦ διαπόλου, περιστεράς ήξιονται τὰ κα-  
θηροφέρα οὐκ εἴξενθετων τυχόντας Τῆς ἐπικλήσεως,  
εἴξενθετος δὲ Φῶτος οἰλαν κυρίς παρὸ καὶ κυριακῶν εἴξεν-  
θεται τὴν επωνυμίαν: Appellatione à Domino tratta  
loca consecrata honorantur, non ab hominibus  
nuncupationem sortita, sed ab ipso omnium Do-  
mino: Eare Dominicorum denominatione hono-  
rantur. In Canone XIII. Synodi Neocæs. cum  
legatur, εἰς τὰ κυριακῶν Τῆς πόλεως, Dionysius e-  
xiguus vertit in templo, pro in Dominicō. Vide  
quæ oīm diximus ad l. 3. C. Theod. de pagas.

Pythag. ὁμανοεῖται ) Hierocles in aurea Pythagoræ : ὅλες δὲ τὰς ἵεράς συντάσσους καὶ αἱς αἱς αὐτοὶ εἰποῦν, τοῦ ὁμανοῖς : totius sacri conventus, οἵ ut ipsi dixerint, ὁμανοῖς. Olympiodorus in Alcibiadem Platonis : ἐξέβαλον τὰς ὁμανοῖς. Malchus sive Porphyrius de vita Pythagoræ : ὁμανοῖς πανηγυρεῖς id prouocantibus.

Ut Hieronimus ) In commentario ad caput III. Esaiæ. Et nos habemus in Ecclesia Senatum nostrum, cætum presbyterorum. Pius PP. in epistola ad Justum Viennensem Episcopum: Salutat te Senatus pauper Christi apud Romam constitutus.

Martyria separata ) Rufinus libro II. hist. Ecclesiasticæ capite xxvi. In Serapis sepulchro profanis ædibus complanatis, ex uno latere martyrium, ex altero consurgit Ecclesia.

Martyria honori ] Eusebius de vita Constantini libro II. capite XL. μαρτύρειον τόποι τοῖς σωμαῖς τῷ μαρτύρῳ πληρεσθεῖσι, καὶ τῆς ἀνακαρπίσεως τῆς ἐνδοξῆς ταύτην μητραῖα: Locus martyrum corporibus honoratus οἵ glorioſi excessus monumen-tum. Valafridus Strabo de rebus Eccles. cap. VI. Martyria vocabantur Ecclesiae que in honorem aliquorum martyrum fiebant. Sanctus Basilius in libro Regular. fusiis disput. capite XL. οἵ τὰς ἡνῶν τοῖς μαρτύριοις γυμνεῖς αἴρε-τίας. &c. Nundinationes illæ que in martyris fieri solent. Theophanes : πάντων τῷ Επισκόπῳ ταναγρῶν τὸν μαρτύριον τῆς ἀγίας Εὐφημίας: Anastasius bibliothecarius sic expressit : Omnibus Episcopis in martyrio S. Euphemiae convenientibus. μαρτύριον τῆς ἀγίας Θέκλας; Novel. CLIX. Martyrium S. Theclæ.

Sedi Martyrum ) Ut in l. 2 h. tit. Martyres

dicuntur, ὅτι κακούς ὄμενος εἰς αὐτούς οὐκέτι τὸν θεόν αληθεύει ποτέ.

De Martyribus, vide Eunapium in Ædesio in fine. Ammian. Marcellinum libro xxii. & xxvii.

Et confessorum ) Tretullianus de corona capite i. Omnes ita obseruant, à Catechumenis ad Confessores & Martyres, vel negatores. D. Cyprianus epist. viii. videtur tamen non nihil interesse, ut Confessores sint Christi assertores, Dei assertores, Prudentio, Martyres qui post confessionem suppliciis non cesserunt. Et confessores igitur non continuo martyres. Martyres autem utique & confessores.

Quæ & memoriæ ) D. Augustinus de civitate Dei lib. viii. capite xxvi. Sed hoc videtur dolere, quod memoriæ martyrum nostrorum templis eorum delubrisque succederent. & capite xxvii. Honoramus sane memorias eorum ) Martyrum ) tanquam sanctorum hominum Dei. & libro xxii cap. x. Nos martyribus non templas sicut Diis, sed memorias fabricamus Adde ejusdem epistolam cxxxvii.

De salariis sive annonis. ] l. privilegia 12.  
Glossæ : ἀνάρτησις, salarium.

Etiam annua ] l. 46. §. ii διττη 9. & l. 57.  
inf. de episcop. & cler.

Integra ) δίχα τῆς οἰωνῆς ἐλαττώνεις : sine omni deminutione, d. l. 57.

Perpetua ) ἀδεμιᾶς χρόνος παρεγγέφης αἰώνιοις μένεις : nulla præscriptione temporis opponenda, d. §. 9.

Decanis seu collegiatis ) l. 4. & l. 9. Quæ notavi in Glossario ad Cedrenum magis pertinere videntur ad tit. Cod. de decan. Qui & κομισ-

Quod dicuntur Nov. lix. capite ii. Glossæ: *Vispelliones*, *κοπιληγοι*. Vide Epiphanius in fine Panarii, & sancti Ignatii epistolam ad Antiochenos. & lecticarii, d. Nov. lix. cap. i. quia mortuorum corpora in lectis Ecclesiæ efferebant Theodoretus epistola cx. *αδειαὶ γνωστοὶ οἱ θάνατοι τῶν κοπιληγῶν, καὶ οἱ οἰκτικοὶ οἱ πίκτοι γραμμῆται*: litteræ autem quas eo ipso die legi, quo lecticarius advenit, &c. De ecclesiæ lectis præter d. Novel. Cedrenus: *διὰ τὸ*, inquit, *εἰς αρχαῖν τοὺς κοπιληγοὺς τῷ ἐκληπτῷ, καὶ τῷ εὐαγγελίῳ τοὺς πέποιθας τολευτῶντας*: quod non sufficerent lecti Ecclesiarum, & adiunctorum ad efferenda corpora mortuorum. Denique fossarii disti. D. Hieronimus in epistola xiii. ad Rusticum: *Primus in clericis Foscariorum ordo est, qui sepelire mortuos admontur*. Glossæ Isidori: *Vispelliones, fossarii, qui mortuos sepeliunt*. De his vide Cujacium ad titulum de colleg. libro xi. Cod. & ad Nov. xliii.

Ad justa funebria) Justa sunt supremæ exequie inferiæ. Tertullianus de anima cap. Lvi. *Creditum est, insepultos non ante ad inferos redigi, quam justi perceperint. & mox: ut anima corporis justa sustineat*. Hinc justa facere, ferre, dare. Græci ἑταῖροι dicunt, ut Latini solemaria mortis. Sosipater Charisius Inst. gramm. lib. i. justa, ἑταῖρα.

De œconomis) L. jubemus 14. Consilium Toletanum capite xlvi. Eos quos œconomos Græci appellant, hoc est, qui vice Episcoporum res Ecclesiasticas tractavit, &c. Vide Cujacium ad Novel. iii. in fin. de magno œconomio Confinum de offic. cap. i.

Et dispensatoribus pauperum ] L. omnes 33.  
 §. 4. inf. de Episc. & Cler. Isidorus Pelusiotes  
 epistolarum libro i. ad Maronem presbyt. οἰ-  
 κονόμεος ταρπί εἴγηται παραγέτο οἰκεῖα αὐτῶν γέμειν τοῖς  
 πεντάν, οἰκεῖα δὲ αὐτῶν εἰκότως τὰ ἐκκλησιαῖς ικανά:  
 Oeconomus enim ex eo dictus est, quod pauperi-  
 bus quae eorum sunt distribuat. Propria autem  
 eorum sunt bona Ecclesiae.

Et de arcariis ) Theodorus Balsamo Nomo-  
 canonist tit. ix cap. i. δεῖ τοὺς οἰκονόμους Κονσαύλια-  
 πόλεως καὶ μητροῦ, ἢ τὸ μητριόν: ωτὴρ δύο, λογ-  
 ποιεῖν πέντε τριάδας, ex l. 25 §. ult. qui-  
 bus ad similes φρεγαταὶ, de quibus in Synodica  
 constitutione Alexii Patriarchæ libro ii. sen-  
 tentiar. synodal. in jure ariant.

De Chartulariis ] De quibus in d. l. 25. &  
 Nov. cxx. cap v.

A sordidis, &c.] L. 5.

Superindictiis ] Superindictum est aug-  
 mentum indictionis. vide Cujac. ad tit. C. de  
 superind. libro x.

Et à lucrativor. descript. ] L. sancimus 22. h.  
 tit. vide Cujacium ad leg. un. C. de impon. lu-  
 crat. descript.

Factæ προφερῆσ] Ut hoc casu donationes va-  
 leant etiam sine acceptance, l. 15. h. t.

Intimatione ] Intimare est apud magistrum  
 publicare, & actis seu gestis allegare, sic  
 enim legendum est in l. 31. inf. de donat. vide  
 ad tit. de donation. Instit.

Si modo non excedant D. aur. ] L. illud 19.  
 hoc tit.

Ut Ecclesiast. act. &c.] L. ut inter 23. h. tit.  
 de hac præscriptione Innocentius III. in episto-  
 la ad Nicolaum Tusculanensem Episc. Non e-

nim videmus quo jure se valeant tueri , cum nec concessionem possint ostendere à sede Apostolica sibi , factam , nec centenariam contra Romanam Ecclesiam præscriptionem probare.

Etiam civitatibus dantur ) dd. II. 19. & 23.

In jus commune ) l. pen. §. ult. inf. de donation.

Mutatum est in xl. ) Novel. cxi. capite i. & Novel. cxxxii. capite vi. Hincmarus Remensis Opusculo xi.iv. capite xxxii: Anni xxx. secundum leges publicas , & justa constitutionem Ecclesiasticam , ut demonstrat Gelasius PP. humanas adimunt quæstiones , & Justiniana lege ac decreto B. Gregorii ex eadem lege promulgato , negotia inter venerabiles Ecclesias , ac monasteria , locaque religiosa anni xl. determinant.

Propriæ capitulationis ) Theodorus Balsamo: τῆς ἴδιας κεφαλίος , Novel. viii. Ecclesiæ igitur Thessalonicensi remittitur capitatio , l. id ab unoquoque 12. C. de annon. & trib. Capitatio est census capitis , ὁ φόρος τὸ σῶματος , φόρος κεφαλικός. Hero περὶ ταθμῶν : ἐστι δέ ὁ σατηρὸς μὲν γε δύο δὲ διδεχυμα , αἱ καλεῖται ἐπικεφαλαια , οὐ δὲ ρομαγκοὺ διάλεκτον καπίτων κοπτεῖται τὰ τὰς κεφαλίους καλλίσσεται.. Sic legebatur in manuscripto codice Peiresciano. ιων legend. καπιταλίων. Anastasius bibliothecarius in historia Ecclesiastica : In tributum capitis Imperatoris, Theophanes : κεφαλίων αὐτες τὰ βασιλέως .

Non etiam agrorum censu ) sanctus Ambrosius contra Auxenxium : Agri Ecclesiæ solvant tributum.

Tributa possessionibus indicuntur ) Demostenes adversus Androtonem : εἰ τις ἔροι το αὐτὸν

τοι εἰσφορὰς πόλερον τα κτήματα, οὐ τὰ σωματα ὀφέλει; τα κτήματα φήσειεν αὖ, εἴ τοι αἱ ληφθῆ λέγειν  
εὔλογο απὸ γαρ τοιων εἰσφέρομεν, Si quis eum  
roget tributa corpora ne debeant, an prædia?  
prædia respondebit si verum fateri volet: de his  
enim tributa pendimus.

Sive anathemata ) Glossæ: donum, ἀνάθημα.  
vide ad tit. de rer. divisi. Instituti.

Alienentur aut pign. ) l. 23. h. t.

Jure παραικικῷ ( l. 24. §. 1. h. t.

Quod vulgo dicitur libell. ] Libellarius con-  
tractus est venditio quæ fit scriptura interve-  
niente certo prelio, & hoc amplius certa pen-  
sione constituta in annos singulos, & hac ple-  
rumque lege, ut statu condictoque tempore  
contractus renovetur rursus numerato pretio  
certo, vel arbitrario. Cujacius libro i. de Feu-  
dis tit. ii.

Precariam ) Precaria fit cum qui prædia sua  
Ecclesiæ cessit, deinde rogat, ut sibi quoad vi-  
xerit uti eis & frui liceat. Vide Cujacium Ob-  
servat. iv. 7.

Nisi certa lege modoque ) d. l. 14. §. 5. & d.  
l. 17. §. 1.

Quod & hodie dat. est ) Authent hoc jus  
porrectum h. t.

Constit. Anastasii ) d. l. 17. §. 2.

Archiep. Constantinop.) Quem totius O-  
rientis Patriarcham vocat Avitus Viennensis  
eppistola iii. Idemque Romanum antistitem  
& Constantinopolitanum, velut geminos A-  
postolorum principes appellat.

Uni tantum cedat Rom.) Idem Avitus in  
eppistola xxvii. Symmachum Papam urbis uni-  
versalis Ecclesiæ præsulēm vocat. Theodore-

Ius Cyrensis epist. cxvi. de sede Romana:  
 Ἐχει γαρ ὁ πανάγιος Θρόνος ἐκεῖνος τῷ καὶ τῷ οἰκουμενικῷ πάντων τῶν ιησουσίων διὰ πολλὰ &c. Habet enim sanctissimi illa sedes Ecclesiarum, quae in toto orbe sunt, principatum, & apice n primatus à solis ortu usque ad occasum, ut est in epistola Pelagii i. ad Sapaudum. Adde Novellam cxxxii cap. ii. & quod dicitur in l. 24. hoc tit. Constantinopolitanam Ecclesiam omnium aliarum esse caput, sic accipiendum est, ut Patriarcha Constantinopolitanus totius Orientis sit caput, ut ex Avito iam dictum est, salvo tamen per omnia privilegio sancte & Apostolice prime in toto orbe terrarum Romanæ sedis, ut loquitur Hincmarus Remensis de divort. Loth. & Tetb. respons. ultima.

### III. De Episcopis & Clericis, & orphanotrophiis, & brephotrophiis, & prochiis, & xenodochiis, & asceteriis, & monachis, & privilegiis eorum, & castrensi peculio, & de redimendis captivis, & de nuptiis clericorum vetitis seu permisssis.

**S**ane magis probari de Episcopis & Clericis, & orphanotrophis, & brephotrophis, & prochotrophis, & xenodochis, & ascetriis. Nam de orphanotrophis & aliis omnibus venerabilibus locis simul ac de ecclesiis & martyriis dictum est tit. superiore l. 15. 17. 19. 21. 22. 23. & de personis hic titulus est, ille de locis religioni & pietati dedicatis, quæ tamen duæ tractationes ita sunt adfines & conjunctæ, ut

vix possit de personis tractare qui non tractet  
etiam de locis, & contra. De personis igitur  
potissimum hic titulus est, episcopis scilicet &  
clericis & orphanotrophis, &c. Episcopi sunt  
antistites qui clero & populo præsunt, veluti  
pastores, patres, & Vicarii Christi, vel ut in l.  
6. tit. seq. qui populum Christianæ religionis  
doctrinæ insinuatione moderantur. Optato-  
Millevitanus, apices & principes omnium, ve-  
tustioribus, Primicerii presbyterorum, sive  
nomen habeant Episcopi, sive Archiepiscopi,  
sive Metropolitani. Clerici sunt, ut invenio in  
hoc tit. ministri divini munera, Catholicæ  
Ecclesiæ, Christianæ legis, orthodoxæ fidei,  
qui divino cultui ministeria religionis impen-  
dunt l. 2. C. Th. eod. tit. Presbytri scilicet,  
qui superiorem inter clericos locum obtinent,  
l. 8. Nam & Apostolorum vice sunt, ut legimus  
in Actis Apistarum eorumdem, eisque non minus.  
quam episcopis incumbit cura nutiandi verbi  
Dei, συμβολη τοπικης, κατεκκλησις εργα,  
& D. Paulo, κοπιαις εν λόγω καθηδασκαλία,  
Episcopis proximi l. 5. C. Th. de heret. Et qui  
hos sequuntur Diaconi utriusque sexus, & Hy-  
podiaconi ministri sacræ mensæ & totius or-  
natus ecclesiastici, ut est in l. ult. tit. seq. lec-  
tores, cantores, exorcistæ, ostiarii. Sacerdotum  
nomen solet propriè tribui episcopis, sed com-  
municatur etiam clericis, un Græcè ιερέων, l. 16.  
19. 44. hoc tit. l. 8. inf. de heret. Imo Chri-  
stianis omnibus. Eucherius: Sacerdos, inquit,  
ab eo nomen accepit, quod sacrum præbere  
ducatum minoribus debeat, quo nomine uti-  
que censentur omnes, qui altitudine rectæ con-  
versationis ac doctrinæ salutaris eminent, nec

sibimetipsis tantummodo , sed pluribus profunt. Omnes sumus membra summi sacerdotis domini Jesu Christi. Tertullianus : Christus sacerdotes nos Deo & patri fecit , quod idem & de clericorum nomine scribunt. Orphaniotropi ita definiuntur l. 31. qui parentibus atque substantiis destitutos minores sustentant & educant velut affectione paterna , aut quasi tutores pupillorum & curatores adolescentium : ac similiter brephotropi dicuntur alumni infantium , & ptochotropi pauperum & mendicorum. Xenodochi autem qui advenas ægrotos , inopes , debiles , invalidos , necessarium victum sibi parare nequeentes hospitio excipiunt , l. 45-48. Ascetæ vel ascetrix sunt devotæ virgines , aut qui ita vitam instituerunt ut toti sacris sint dediti meditationibus , quod institutum philosophiam vocat Majorianus in Nov. de sanctim. & vid. Gregorius Nazianzenus sæpe , & in Hermiæ historia duobus aut tribus locis vulgo corruptè μοναχικὴ τολμεία , pro μοναχικὴ φιλοσοφίᾳ , qui separantur à monachis , ut asceterium à monasterio l. 53. monachi inquam , i. qui quæve latebras captant & vastas solitudines , l. quidam , inf. de decur. quorum præfecti arcigimiandritæ dicuntur , quasi latebrarum præsules. Ac præter eas personas quæ in hac rubrica enumerantur , fit sub ea mentio etiam νοσοκόμων & γεροντοκόμων , quibus curæ sunt valetudinarii & senes , & parabolani rum medicorum , qui fuere in Alexandria , & ejus qui dicitur ὁ ἐπὶ τῷ πλωχίᾳ , quasi generalis mendicorum curator , diversus à ptochotropho , & œconomorum , de quibus etiam tit. supriore , & defensorum Ecclesiæ , & ἀρχόντων , sive

Ἐξαρχοι, qui sunt chorepiscopi, ut Zonaras ait, χορεπίκουντοι οἱ νῦν λεγόμενοι Ἐξαρχοι, ruris aut suburbii episcopi sub dispositione episcopi aut metropolitani: iidem qui & archidiaconi, vel archipresbyteri ferè, ut Leo ait, & ut est in synodo Neocæsariana, ὡς συλλαίγεται εἰς τυπων ᾧ ὁ Sigebertus, archidiaconi qui dicuntur chorepiscopi: qualem in antiquis monumentis appellatum fuisse Lugdunensi supercilio & monti sacro, ut loquuntur, divisorum Irenæi & Justi præfectum legi, qui hodie Abbas appellatur. Fit & mentio eorum qui ἀειδεύται dicuntur ἐν τῷ ἀειρχεῖται καταρθίζειν τοὺς πιστούς ut Zonaras ait, visitatores, c. non debere 80. dist. qui & in locum episcoporum ad tempus remotorum substitui solent. Joannes in epist. ad episcopos Galliæ de contumelioso episcopo: Ne ejus ecclesia destituta videatur, in ejus locum visitatorem dari decernimus, qui à se novet omnia exhibenda, ut nihil de ordinibus clericorum, nihil de ecclesiastica facultate præsumat, sed ea quæ ad sacrosancta mysteria pertinent, exequatur. Et ad clerum Ecclesiæ in qua fuit contumeliosus episcopus: In ejus Ecclesia visitatorem dari nostra decrevit auctoritas, ut Ecclesia privata præsule summi nequeat Pontificis solariis indigere, cui vos in omnibus parere decernimus ad ea tantummodo quæ sacris sunt gerenda mysteriis. Fit quoque mentio aliorum qui paramonarii dicuntur è genere eorum qui res ecclesiasticas administrant, id est villici sive actores possessionum, quamvis alias sic videantur appellari satellites, adseculæ, bucellarii: certè Nicetæ παρεγγειον est πελεκυφόες βαρβάρος. Additur in hoc tit. Et privilegiis

eorum, episcoporum scilicet & clericorum & cæterarum personarum, veluti, ut invitis episcopis testimonium non denuntietur, ut presbyteri citra injuriam quæstionis testimonium dicant, ut clerici, & monachi, & xenodochi, & prochotrophi similesque personæ excusentur à fôrdidis & extraordinariis muneribus, à parangariis, à metatis, à lustralis auri collatione sive functione auraria, à tutelis & personalibus muneribus, ut injuriarum sit publicum crimen si facta sit injuria episcopo vel clero, ut sit popularis actio ex testamento si quid relictum sit venerabilibus locis conditio ex lege quæ insciatione cerefcat in duplum, & ex cuius causa si indebitum solutum sit, non competit conditio indebiti, ut §. ult. Instit. de obl. quæ qua. ex cont. & l. 46. hoc tit. ut irrita fiat substitutio precaria facta sub conditione si sine liberis heres institutus decesserit, herede transeunte in clerum aut monasterium, ac similiter remittatur eidem conditio liberorum suscipiendo-rum. Et de castrensi peculio clericorum, quod etiam inter privilegia connumerari potest, de quo est l. 34. & 50. Et de redimendis captivis, deque relictis redemptioni captivorum l. 28. 45. 49. Item de nuptiis clericorum vetitis seu permisis, permisis scilicet cantoribus & lectoribus, vetitis cæteris, & permisis primis, vetitis secundis, ac rursus permisis ceteris si coitæ sint ante clericatum, vetitis post clericatum, & liberis post clericatum susceptis numero superiorum, nefariorum & incestorum adscriptis non naturalium l. 19. & 44.

III. Enarratio.

**O**rphano trophis ) nec aliter legitur in an-  
tiquis Ægidii & Juliani Brodæi.

Sunt antistites , ut in l. 7. h. t. sacræ legis  
antistites , Theodoro Balsamoni ibid. ἐπίτκνποι.  
Hinc antistitium pro episcopatu Vvibertus  
Archidiaconus in vita Leonis PP. *Qui postea  
ad antistitium Mediomatricæ urbis volo cleri  
& plebis magis quam suo assumptus.*

Veluti Pastores ) Glossæ : Pastor, ἐπίτκνπος  
Patres ) Divus Augustinus in psalm. XLIV.  
*Hodie enim episcopi , qui sunt per totum mun-  
dum , unde nati sunt ? Ipsa Ecclesia patres illos  
appellat , ipsa illos genuit , & ipsa illos consti-  
tuit in sedibus patrum.* Petrus Antiochenus in  
epistola qua rescribit Dominico Gradensi : α'-  
πατέρων πάσις ἐπίτκνπος νῆ αρχιερεῖς , πατέρες οἱ πατέρες  
εἰδε λόγος καλεῖν. Vide sancti Gregorii Nazian-  
zeni homiliam cum Episcopus Safimoensis  
ordinatus est , & divum Chrysostomum in ora-  
tione cum presbyter est designatus.

Vicarii Christi ) Sanctus Cyprianus in epi-  
stola LV. ad Cornelium : Nec unus in Ecclesia  
ad tempus sacerdos , & ad tempus judex vice  
Christi cogitatur. Eusebius PP. in epistola ad  
Episcopos & Diacones Thuscianæ & Campanianæ :  
*Caput enim Ecclesiae Christus est , Christi autem  
Vicarii sacerdotes sunt.* Vicarii Dei. Theophylac-  
tus in epitolam ad Titum cap. I. τὸν τὸν  
ἐπίχει τῷ Θεῷ : vicem & locum Dei sustinet.

Optato milevitano ) Libro I. de schism. Do-  
natistarum : Anastasius bibliothecarius in epi-  
stola ad Martinum Narbonensis Ecclesiarum pre-

sulem : *Quia cum Episcopus apice, &c.*

Primicerii presbiterorum ] Nescio an huc referri possit quod scribit Auctor *Quæstionum* in utrumque testamentum, quæ D. Augustino tribuuntur, quæstione ci. *Quid inim*, inquit, *est Episcopus*, nisi primus presbyter, hoc est, summus sacerdos? Denique non aliter quam compresbyteros hic vocat, & consacerdotes suos. Nunquid & ministros condiaconos suos dicet *Episcopus*? Non utique, quia multo inferiores sunt. Et turpe est judicem dicere primicerium.

*Qui superiorem inter clericos* ] Clerici in hoc titulo separantur ab Episcopis, ut apud sanctum Basilium in epistola lxxv. ad Neocæsarienses: ἀλλ' εἰ πν̄ ἐπίσκοποι, κληθεῖσιν εἰς ἀκρόασιν, εἴτε κηρύξοις καὶ πάσαι τῷ Θεῷ παρικέντω, συναχθῆται οἱ δοκιμαῖται, &c. At qui sunt *Episcopi* vocentur illi, ut audiant quæ objiciuntur. est clerus in unaquaque Dei parœcia: congregentur probatores.

*Ministri divini muneris &c.* ] L. si quis io. & l. omnes 33. hoc tit.

*Ez Melozaiis* ] Libro II. capite xxxii.

*Cura nuntiandi verbi Dei* ] Verbum Dei soli olim Episcopi in Ecclesia prædicabant. Procedente tempore presbyteris permisum. Vide notas Jacobi Sirmundi ad sermonem D. Augustini de versu ps. l. *Cor mundum crea in me Deus*, Supplementi Operum, D. August. Tomo. I.

*Σύμβολοι τῷ ἐπίσκοπῷ &c.* ] D. cap. xxxiii. sanctus Ignatius in epistola ad Trallianos: σύμβολοι καὶ συνεδρεύται ἐπίσκοποι: Consiliarii & adseffores Episcopi. σύμποντοι δογμέταις τῷ ἐπίσκοπῳ, Zonaras in canonem LVIII. Apostolorum.

Et D. Paulo ] i. ad Timoth. v. 17.

E[pi]scopis proximi ] Episcopi sunt sacerdo-  
tes summi. D. Hieronimi adversus Luciferia-  
nos cap. iv. Ecclesiæ salus in summi sacerdotis di-  
gnitate pendet. D. Augustinus in d. quæstione  
ci. Tertullianus de baptismo capite xvii. sum-  
mus sacerdos, qui est Episcopus Primi sacerdotes.  
Sanctus Ambrosius, sive is est Hilarius in epis-  
tolam ad Ephesios capite iv. Episcopi, inquam,  
sunt primi ordinis sacerdotes, presbyteri secun-  
di. Facundus Hermianensis lib. xii cap. iii.  
Quia sacrificare præsumpsit, quod licitum est sin-  
gulo cuique, etiam secundi ordinis sacerdoti. Leo  
i. in serm. x. de laude Charitatis : Non enim  
summos tantum antistites, aut secundi ordinis  
sacerdotes, &c. Hincmarus Remensis Opusc.  
xv. cap. iv. Hos lxxii. figuram presbyterorum,  
ia est, secundi ordinis sacerdotum gessisse sciendum  
est. & Opusculo xlviii. cap. xx. De presbyte-  
ris, videlicet secundi ordinis viris non dimitten-  
da sunt. Secundi sacerdotes, in constitutione  
Theodosii & Valentiniani, Appendix Codicis  
Theodos. num. xx.

Diaconi utriusque sexus ] In Diaconissa æ-  
tas ix. annorum exigitur, l. 9. h. tit. in qua le-  
gendum, sexaginta annis. Theophanes : Θεο-  
δόσιος ὁ Βασιλεὺς νόμου ἐγράψε, γνωστὸν εἰς δια-  
κονίσταν μὴ κεχαίνειν, εἰ μὲν ὑπέβη τις. ἐπὶ τῷ  
Ταπεινολόγῳ, id est, interprete Anastasio Bibliothecario in historia Ecclesiastica : Theodosius  
legem scripsit, mulierem in diaconissam non pro-  
movendam, nisi sexaginta transcenderit annos  
secundum Apostolum.

Ministri sacræ mensæ ] Diaconum ministra-  
re Episcopo, & presbyteris, hoc est diace-

natum exercere , aut si Græca malis : διάκονους  
ἐξυπηρετεῖσθαι τῷ Επίσκοπῷ , καὶ τοῖς περιβοτέροις ,  
τῇδι εἰσι διακονοῦν . Auctor constitutionum Aposto-  
lic. lib. III. cap. ultimo.

Exorcistæ ) De exorcistis Julius Firmicus  
Mathes. lib. III. cap. v. Erunt omnibus dæmo-  
nibus terribiles , quorum adventum pravi dæ-  
monum spiritus fugiant , & qui sic laborantes  
homines non vi verborum , sed sola sui ostensio-  
ne liberent : & quamvis sit violentus dæmon ,  
qui corpus hominum , animumque quatiat , sive  
ille aëreus sit , sive terrenus , aut infernus istius  
hominis iussione fugiet , quia præceptis ejus cum  
quadam veneratione tenebitur . Hi sunt quia  
vulgo exorcistæ dicuntur , & capite ix. Faciet  
exorcistas , & qui laborantes dæmonum incursio-  
ne homines aptis remediis liberent : unde ex his  
artibus maxima illis substantia conferatur . Hi  
sunt , qui , ut ait Ulpianus , vulgari verbo im-  
postorum , exorcisare dicuntur , I. i. de extra-  
ordin. cognit. Quid si Christianos Ulpianus  
intelligat , qui exorcismis dæmones fugant ,  
depellunt , traducunt ? Infensissimum enim  
Christianis Ulpianum fuisse constat ex Lac-  
tantio lib. v. Instit. cap. xi. Exorcistæ igitur in  
I. 6. hoc tit. sunt qui adjuratione dæmonas ef-  
fugant , de quibus Paulinus Nolanus in Nata-  
li IV. Felicis.

— primis lector servivit in annis.

Inde gradum cœpit , cui munus voce fideli  
Adjurare males , & sacrī pellere verbis.

Origenes hom. xxiv. in Ios. Si inimica virtus  
dæmonis obsideat alicujus corpus , adhibeantur au-  
tem multæ exorcistarum invocationes , &c Adde  
Cyrillum Hierosolimitanum in præf. Catech.

Sacerdotum nomen sol. pr. tr. Episc. ) In l.  
3. h. t. omnes sacerdotes : in collectione Theo-  
dori Balsamonis : ἐπίσκοποι. Venantius Fortu-  
natus lib. ix. epigramm. ix. *Fura Sacerdotum*  
( hoc est Episcoporum ) *sacro moderamine ser-*  
*vans. Sanctus Cyprianus epistola xxxiiii. Pre-*  
*ces nostras vestris precibus adjuvate, ut Domi-*  
*ni misericordia favens nobis, cito plebi suæ, &*  
*sacerdotem reddat incolumem, & martyrem*  
*cum sacerdote lectorem. Ennodius de vita Epi-*  
*phanii Ticinensis Episcopi : Interea per propo-*  
*situm sibi callem vitæ cursu præpeti sacerdos ve-*  
*nerabilis incedebat. & aquid Cyprianum episto-*  
*la lxv. ad Rogat. Sacerdotalis locus, & Sa-*  
*cerdotalis potestas pro Episcopali.*

Imo Christianis omnibus ) D. Augustinus  
quæstionum Evangelicarum libro ii Q. l. Sa-  
cerdotium Iudeorum nemo fere fidelium dubi-  
tat figuram suisse futuri sacerdotii regalis, quod  
est in Ecclesia, quo consecrantur omnes pertinen-  
tes ad Corpus Christi, summi & vere principis  
sacerdotum : nam nunc & omnes unguntur, quod  
tunc Regibus tantum, & sacerdotibus fiebat.  
Agobardus de privilegio & jure Sacerdotis.  
Præmittendum sane videtur brevissime, quod  
omnes fideles vere membra summi sacerdotis,  
Dei, videlicet, ac Domini nostri Jesu Christi  
mediatoris Dei, & hominum facti sunt ab eo  
Patris regnum, & sacerdotes, & sunt sub ca-  
pite summo unus sacerdos, Petrus Damiani e-  
pistolarum lib. viii. i. Constat ergo quemlibet  
Christianum esse per gratiam Christi sacerdotem.  
Vide quæ diximus ad tit. Decretal. de vita &  
hon. cler.

Tertullianus ] Vide de exhortatione castitatis cap. vii.

Quod idem & de cleric. nom. ] Ut i. Cath. D. Petri cap. ult. ver. iii. vide Cujac. ad Novel. iii.

Orphanotrophi ) τοφανῶν οἱ τροφεῖς. Codinus de offic. Constant. cap. v. LXXVI. in edit. Reg. ὄρφανοτρόφος λι μὴ φροντίζων καὶ ἐπιμενόμενος παῖδας τοφανῶν : *Orphanophorus olim curram habebat pupillorum.* Auctor anonimus in Romano Imp. μοναχὸν αὐτὸν διπλαίσης ἀριστα Θεοφανή Τειχιόπη καὶ Παύλω ὄρφανοτρόφῳ αὐθρώποις αὐτῇ. Hinc ὄρφανοτρόφεον, Balsamon ad can. viii. Synodi Chalcedon.

Brephotrophi alumni infantium ) Caper de verbis dubiis : *Alumnus dicitur ab alendo, & qui nutrit, & qui nutritur.*

Ptochotrophi ) Chronic. Alexandrinum : πιλωχοτέροφος Φρεζ λιμένος : *Ptochotrophus custos portus.* Anastasius in historia Ecclesiastica. Euphemius presbyter & ptochotrophus Neapoleos : πιλωχοτέροφος Νεαπολεως, Theophanes. Hinc πιλωχοτρόφεον, & πιλωχεῖον. Theophanes : πολλὰ ἔχαστο ταῦς ἐκκλησίας, καὶ πιλωχεῖον. Idem πεντάτροφοι, & πεντατρόφεοι, apud Constantinum Manassem.

Xenodochi ) Nicephorus in Chronico. D. Augustinus in Joannem tract. xcvi. Xenodochia & monasteria postea sunt appellata nova nominibus, res tamen ipsae & ante nomina sua erant, & religionis veritate firmantur. Hinc ξενοδοχεῖα, id est, οἱ πέσοι κοινωνεῖα δοκτηρίου κατεσκευασμένοι οικοι, Joannes Cantacuzenus historiæ libro iv. cap. xxx. in fine. De his Sanctus Basilius in epistola ccclxxi. ad Heliam:

τίνα δε ἀδικηθῆμεν, καταγωγα τοῖς ξένοις οἰκοδομοῦσι τοῖς καὶ πάροδοι ἐπιφοιτῶσι; Quid peccamus diversoria peregrinis extruenter, qui hoc forte advenerint? Ea Julianus extrui jubet, ut ibi inopes sine discrimine excipientur, in epistola XLIX. ad Arsacium.

Qui advenas, ægrotos, inop. debil. ) Sanctus Epiphanius hæresi LXXV. τοιαῦτα γαρ πνευματικευαζόσι καὶ φιλοξενίαν, καὶ τουτοις λελαβόντευς, καὶ αδικηθεῖς εκεῖ σε ποιῶντες καταμένεντα, ἐπιχερηγήσοι καὶ διωριστοῖς ἐκκλησιῶν αφεσάται.

Debiles ) Debiles ex morbo, quo levati sunt, ut in I. dabimusque 19. §. I. D. de rebus auct. jud. possid.

Ascetæ vel ascetrix ) Glossarium M.S. ἀσκητὴς ὁ τῷ καὶ διανοίᾳ κόσμῳ εὐσεβῶς καὶ δικαιῶς ἀστρεφόμενος. Cyrilus Hierosolymitanus Cathec. x. Αννα τε φίλος ἐγκρατῆς, εὐλαβεστατη καὶ ἀσκητικαὶ μαρτύρει τοῖς αὐτοῦ. Hinc ἀσκητήσχον, asceterium. Vide Gloss. ad Cedrenum.

Devotæ virgines ) Vide Josephum Scaligerum Ausonianarum lection. libro I. cap. VIII.

Hermiæ hist. ) Histor. Eccles. v. 12.

Μοναχοὶ πολιτ. ) Nihil mutandum puto. D. Gregorius Nicenus de peregrinatione Hierosolymitana: Εγὼ τοὺς ἀπεξ αὐτοτεμηγῶς εἰαυτοὺς πολιτεῖα καλῶς ἔχειν φημὶ πρὸς τοὺς εὐαγγελίου Διο παντὸς ἀποβλέπειν φῶνας. Evidem eos qui semel sanctiori vivendi rationi sē dediderunt, recte agere existimo, si perpetuo ad Evangelii voces respiciant. Vide ejusdem epistolam ad Eustath. Ambros. & Basil. Isidorus Pelusiotes libro I. epistolar. xcvi. καλῶς πρὸς υψηλοὺς πολιτεῖαν ἔξεσθαι. Cedrenus: παρθενῆς τῆς μοναχῆς πολιτεῖας. Joannes Scylitzes: τὸ μη-

πολιτείαν πολιτείαν δισπάσκας. Joannes Cantacuzenus hist. libro i. cap. xiv. τῆς μοναδέκας πολιτείας εἰς ἄκρου ἐληλαχας. πολιτεία quidem generaliter accipitur pro sanctiore vivendi ratione, quæ πολιτεία ὅρθη Clementi Alexandrino Strom iii. Monachi tamen maxime videri possunt πολιτείας θῶ Quanquam monachi dicuntur etiam philosophicam vitam agere, Nov. v. cap. iii. Dionysius apud Suidam in μοναχὸς, ἵκεισε δὴ Φεγυτσῆρον ἦν αὐδέρω φιλοσόφου τὸν βίοι, μοναχὸς δὲ καλοκαλογός οὖται. Sanctus Basilius in constitutionibus monast. c. v. εἰ δέ τι δέοι διὰ τῶν αναγκαῖων χρείαν, καὶ οὐ παῖδες ἔργαν ἐπιτελεῖν, τὸ δὲ τῷ τοι φιλοζοφίαν καλύπτει Luitprandus historiæ v. cap. ix. Ad vicinam insulam, in qua cœnobitarum multitudo philosophabatur, tonso ei, ut moris est, capite ad philosophandum transmittunt. & capite x. Ad vicinam insulam, in quam patrem suum ablegabant philosophatum mittunt. Vide quæ dixi ad tit. de justit. & ju. instit. lib. i.

Archimandritæ dicuntur ) Avitus Viennensis in epistola ii. Eutyches ergo perniciei, cuius mentio est, funestus incensor, Constantopolitanæ Ecclesiæ minister, sed copiosæ monachorum multitudinis præpositus fuit : cuius officiū personas Episcopi Orientales Archimandritas appellant.

Νοσοκόμων ) In l. 42. Adde sancti Basiliī dict. epistolam ccclxxi. Hinc νοσοχόμεῖον, Dorotheus doctrina iv. Nicetas Choniat. in Isaacio Angelo : μετέβαλε δε εἰς νοσοκόμεῖον, καὶ τὸς θεολογίας δόμους. Joannes Cynnamus historiar. libro iv. καὶ ἔγειτα γε βελοφένεα εἰς τὸ κοινῶν αὐαλέγεας

αὐτέχεσθαι συνχρείων, ἀλλά τινας καὶ εἰς αὐτὸν εἴπειν.  
De Xenone, vide Glossarium ad Nicetam.  
Adde Theodoretum histor. Eccles. lib. v. cap. xviii.

Γεογρόφεων ) In l. 46. §. 1. Hinc γεογροφεῖον.  
Balsamon ad Canon. viii. Synodi Chalcedon.  
& γεογροφεῖον, Nicephorus Gregoras his-  
tor. 2.

Parabolorum ] L. 18. Parabolani sic dicti,  
quasi temerarii, quod qui ægrotis adsunt, in  
periculis sæpe non parvis versentur, frequen-  
ti ægrotorum contactu. Eadem nimirum forma  
rationeque qua bestiarii Julio Firmico Parabo-  
larii sunt, & Socrati παρθένος vii. histor. Ec-  
cles. qui paraboli auctori historiæ tripartitæ,  
lib. xi. xv. 1. Cujac. ad Nov. iii. Eustathius  
ad Od. primam : οἱ παρθένοις ἄνθρωποι, οἱ κη-  
ρύκεις εἰς τὸν παρθένον, οἱ εἰς παρθένοις, Con-  
cilium Chalcedonense actione i. εἰσέτεχνον γαρ  
εἰς τὴν ἐκκλησίαν σπαῦοντας μὲν ὅπλων καὶ εἰσήκει-  
σαν οἱ μονάχοις μὲν Βαρσουμα, καὶ οἱ παρθένοις,  
καὶ πλῆθες ἀλλοι πολὺ. Vetus Interpres. Ir-  
ruebant enim in Ecclesiam milites cum armis:  
instabant monachi, qui cum Barsuma, & pa-  
rabolani, & multitudo alia grandis. Vide-  
mus an legendum sit, παρθένοις, & para-  
bolani. Sed fortasse ego hīc παρθένος. Itaque  
nihil temerè adfirmo. De parabolatis vide Jo-  
sephi Scaligeri epistolam lx. ad Isaacum Ca-  
saubionum.

O εἰπὶ τῆς πλωχίας ) In l. 42. §. 9. hoc tit.

Defenforum Ecclesiæ ) ἐκκλησιεκδίκων, d. §.  
9. vel simpliciter, ἐκδίκων apud Theophanem  
h. alios, de quibus in Glossario ad Cedr.

Αεχόντων sive ἔξ ) d. l. 42. §. 10.

Qui sunt χωρεπίσημοι, ut Zonaras ait ] In can. ix Synodi Antioch. & Scoliathes Harinenopuli tit. ix. Epitomes cann. Sed reprehenduntur à viris doctis. De Exarchi dignitate Joannes Cameniata in narratione de excidio Thessalonicensi cap. xxx. Επίσημος μὴ inquit, οὐκ εἰσιν οὐτοί, καὶ τούτου δὲ διαφέρουται θεοὺς ἐκεῖνοις, ἐπισημοῖς, κακλόγοτας ἐξαρχοντας εὐτὸν ἴσημον τῆς ἑπαδος ἀπαστος, οὐδὲν τῆς τιμῆς ἔχειν τοιούτους επίσημα. Episcopus quidom hic non est, baut tamen disparem gradum sortitus est: Scimus enim eum totius Elladis exarchum esse, dignitate Episcopis nibilo inferiorem. Vide Codinum de Offic. Constantinop. cap. i. & Notas num. LIII.

Ruris aut suburbii ) Dionisius exiguus in interpretatione d. can. x. Syn. Antioch. Qui in vicis vel possessionibus Chorepiscopi nominantur, & in interpretatione can. III. Syn. Ancyranæ : Presbyteri ruris offerre non possunt in templo civitatis presente Episcopo: vel presbyteris urbis. Episcopi Villani, in epistola Damasi PP. quam subdititiam esse merito quidam existimant, Capitul. Caroli M. lib. VII. cap. CLXXXVIII. aut Vicani. Hincmarus Remensis Opusculo XXXIII. capite XVI. in fine: *Vicanus fieri consentires Episcopus, qui Graece vocatur Chorepiscopus.* & Opusculo XXXV. Pene Vicarium Episcopum, quem Græci Chorepiscopum vocant. Et Chorepiscopi igitur Vicarii Episcoporum. Fulgentius Ferrandus in Breviatione Cann. cap. LXXIX. *Chorepiscopi*, id est, *Vicarii Episcoporum*. Idem legitur in Capitulari Aquisgranensi cap. IX.

Archipresbyteri fere, ut Leo ait, ] Vide

Leonis 1. epistolam LXXXVIII.

In Synodo Neocæsar. ] Canone XIII.

αὐτὸν τοις ἀπόστολοις ] Qui ad exemplum & formam septuaginta discipulorum esse noscuntur. Leo 1. epistola LXXXVIII. Vide epistol. cxxvii. D. Hieronimi ad Fabiolam de XLII. mansiōnibus VI.

Sigebertus ] In Chronico. Sigebertum ex-scripsit Robertus Monachus cœnobii sancti Mariani apud altissiodorum Ordinis Præmonstratensis auctor Chronici altissiodorensis : Damasus, inquit, Papa decrevit ne quid contra Episcopos præsumant Archidiaconi, qui dicuntur etiam Chorepiscopi, id est, regionum vel villarum Episcopi. Sigebertum tamen deceptum tradunt eruditissimi viri, quod Archidiaconos, id est, πρωτεῖς τῶν διακόνων, cum chor. episcopis confundat.

Qui καθηδεῖται dicuntur ] Nicephorus Callistus libro IX cap. XLV. Καὶ πνευματικοῦ φορῶν ψυχόμενοι αἱτίου, τῆς ἐκκλησίας οὐ διέσπει, quod periodeutem quendam qui multis necis causam præstiterat. Ecclesia non ejecisset: Theodorus Balsamon ad canon. LVII. Synodi Laodicensis : καθηδεῖται δὲ εἰσιν οἰστημένοι καλλοφροὶ παρὰ τῷ ἐπιτκόπῳ εξαρχοὶ κόλοι γαρ θεοῦ σὺν ἐπιτεροῦ πάτερι Φυχήσι σφόδρας, καὶ πατητικοῖς πιστύσι : Periodetae sunt, qui hodie ab episcopis promoventur exarchi: hi enim circumcurvant, & delicta animæ observant, & fideles instruunt. Codinus de offic. Constant. cap. I. edit. Regiae : οἱ καθηδεῖταις, καθηταῖς, καὶ πατητικοῖς τοις δέσποταις βαπτιστήσαι τὴν ὁριζόντων κίση : Circitor, qui circumambulat, & in orthodoxa fide baptizari cupientes instruit. Clau-

dius Salmasius falsus est cum de primatu Papæ cap. i. scribit, Justinianum in l. 42. §. 9. Chor-episcopum interpretari piriodeutem vel visita-torem. Imo manifeste distinguit: μητέ ἐπίσκο-pov, inquit, μη τεχωρεπίσκοpov, μήτε πορθοδευτή: neque Episcopum, neque Chorēpiscopum, neque periodeutem. & in fine d. §. οὐ χωρεπίκοπος, οὐ πορθοδευτής: aut Chorēpiscopus, aut periodeutes. Sic etiam Gennadius in Encyclio(eum profert Meurius in Glossario Græcobarbaro; οὐ χωρε-πίσκοπον, οὐ πορθοδευτών, οὐ πρεσβύτερον &c. Vi-deamus etiam an falsus sit in ejusdem libri ca-pite ii. cum ait, periodeutas non sic appellari, quod de loco in locum transirent, & omnem regionem perambularent, sed unius vici præ-positos, cui & erant affixi, haut minus quam Episcopus urbi cui præsidebat, ita appellatos esse. Cujacius vero existimat, Chorēpiscopum datum certo vico, vel pago ab episcopo urbis, sub qua vicus est. πορθοδευτής autem certo loco deputatum non esse, sed hac illac circumire, & ubique implere absentis Episcopi vicem. Zonaras ad d. can. LVII. Synodi Laodicenæ: πορθοδευτής δὲ λέγεται, διὰ τὸ πορθεῖσθαι καὶ πατριζεῖν τὸν πόλεμον, μητέ χορηγός καὶ δέδηπάν οἰχεῖαι: periodeu-tæ dicuntur, quia circant, & perambulant, in-struuntque fideles, non habentes propriam ca-thedram. Et ita vetus auctor in libro de hære-sibus num. xxii. Hos, inquit, Origenes ita per-fecte superavit, ut eorum causa periodeutes fie-ret, ac per singulas quasque urbes per orientem eundo prædicaret. Certe si quis dixerit periodeutas videri vico alicui adfixos fuisse. Theodo-retus religiosæ historiæ capite xxvi. πέποιθε προπονεῖσθαι, οὐ τελειγοῦσα πολλὰς πορθοδευτ

καὶ ποτὲ τοῖς καὶ καὶ ποτὲ ἀπενσινέμισατο, &c. & paulo post, τὸ εργαστήριον τοίνυν δὲ μέγας ἐξενός Βαστος, τῶν οἰνογράφων αὐγέλην κατέλαβε, τὸ περγαντόν διηγουμένων θαῦμα πλέον γαρ ἡ διανοτιας διαστάλων ἐξεντο &c. Suadet itaque admirando Bassο, qui tunc multos vicos circumibat vicariis præpositus sacerdotibus &c. Obstupefactus magnus Bassus ad gregem suum rediit, magnum hoc narrans miraculum: Thiasotas enim sive sedales habebat supra ducentos. Si quis, inquam, ex hoc Theodoreti loco dicat, periodicas vide ri alicui vico adfixos fuisse, dicam ego ex eodem loco non ita vico, pagove addictos fuisse, quia cæteras vicarias ecclesiæ visitarent.

Ut Zonaras J d. can. LVII.

Visitatores ) Sic Dionysius exiguis ἀριθμο-  
τος interpretatur in d. can. LVII.

Qui paræmonarii dicuntur ) In l. 45. §. 3. h.  
t. Anastasius biblioth. in hist. eccles. Mansioa-  
rium sancti Joannis. Theophanes dixerat, πα-  
ραπονήσας τὴν οὐρανον. Auctor anonymus in  
vita Damas. PP. Quidam vir Mansionarius ip-  
sius ecclesie &c. alii mansuarius vocant.

Adseculæ, buccelarii ) Glossæ Isidori: asse-  
cla, buccellarius. Item: scurra: parasitus, buc-  
cellarius.

Nicetæ in codice Græcobarbaro. Vide ibid.  
Glossarium.

Ut invitæ Episcopis ) l. 7. h. t. Theodorus  
Balsamo Collectionis tit. III. totam legem sic  
in compendium retulit: ἐπίσημος & μαρτυρεῖ: E-  
piscopus testimonium non prohibet Harmeno-  
pulus libro I. tit. vi §. xvi. Episcopi nec volen-  
tes, nec inviti ad testimonium dicendum in jus  
vocari possunt, sed ad eos dominum mittitur. ex

Novella cxxiiii. cap. vi. Psellus ad titulum xvi.  
Synopseos Attaliottæ : ἀρχεγος & μαρτυρες την  
αινων την εκων πινα.

Hincmarus Remensis Opusc. XLVIII. cxiii.  
Et sacri africæ Provinciæ canones , & lex Iu-  
stiniana decernunt : Clerici de judicii sui cogni-  
tione non cogantur in publico dicere testimonium,  
non autem in Ecclesiastico judicio dicere testi-  
monium prohibentur. Sicut etiam de Episcopis  
in Calcedonensi Consilio legimus , unde in Syno-  
dis Romanis ab Eugenio & Ieone IV. celebratis  
decreatum est : Quanquam sacerdotum testimo-  
nium credibile habeatur , tamen ipsi in sœcula-  
ribus negotiis pro testimonio , aut conficiendis  
instrumentis non rogantur , quia eos in tali-  
bus rebus esse non convenit. Si autem eventu  
aliquo causa interfuerint , & aliquid viderint  
aut audierint , ubi nullæ ad illud idoneæ sœcula-  
rium inveniantur personæ , ne veritas occulte-  
tur , & malus ut bonus existimetur , in provi-  
dentia proprii sit Episcopi , ut aut coram se &  
competentibus judicibus , aut aliter veritatem  
honorifice testificantur. Et huic sententiæ Fus-  
tiniana lex consonat.

Ut presbyteri citra injuriam quæst. ) l. 8.  
χωρισθασσαν : non torquentur.

Ut clerici & monachi ) Sanctus Basilus in  
epistola cclxxix. & ccciv. postulat à censito-  
re , ut monachi secundum constitutionem in  
eorum gratiam editam tributorum solutione  
liberentur.

A parangariis & angariis , l. 39. §. 1. De  
angariis & parangariis vide Cujac. ad tit. Cod.  
de cur. publ. lib. xii.

A meratis ) Hospites non suscipiunt l. 1. Ba-

filica: πεντε μήνα διδότωσαν. Balsamon & οὐώ-  
κενται πεντάτοις. vide tit. C. de metat. & epide-  
mit. lib. XII.

A lustralis auri collatione ) Lustrale aurum  
quarto quoque anno pendi solitum, id est, sin-  
gulo lustro, & χρυσαγγελος dicebatur, de quo  
dixi ad historiam Ecclesiasticam Anastasii: Ap-  
pellatur etiam functio auraria in l. singuli C.  
de lustr. aut collat. vide Cujac. ad l. I. C. cod.

A tutelis ] l. generaliter § 2. h. t.

Et personalibus muner. ] l. 6. h. t.

Ut injuriarum sit publ. cr. ] l. si quis 10. quæ  
extat in registro Gregorii libro XI. & Capitu-  
l. Caroli M. VI. 113. Joannis Saresberiensis  
libro v. cap. v. & in appendice C. Thcod. nu.  
x IV. si quis conferre velit.

Ut sit popularis actio ex test. ] l. Γεωπίζημος  
46. §. 6. & 7. h. t.

Ut irrita fiat substit. ] L. Γεωπίζημος 53. § 2. h. t.

Et de castr. pecul. cler. ) Clericis peculium  
quasi castrense habere permisum est, l. cum  
lege 10. h. t. nam clerici omnes militant in Pa-  
latio Christi, ut est in constit. XX. in Appen-  
dice Cod. Theod.

Et de redimend. captiiv. ) Etiam res sacræ  
vendi possunt, ut ex precio captiivi rediman-  
tur, l. sancimus 11. h. t. vide dicta nobis ad  
Theodori Balsamonis collectionem constitut.  
Eccles. & ad Justiniani instit. tit. de rerum  
divis.

Cantorib. & lectorib. ) l. τῶν ἱερῶν ἀγρόν,  
h. t. Nov. XXII. cap. XLIII. can. XXV. Apostol.  
can. VI. Synodi in Trullo coactæ. Vide tamen  
Synodus Chalcedon. can. XIV. Cujac. ad d.  
Novel. ubi de secundis nuptiis in fine.

**IV. De episcopali audientia & de diversis capitulis quæ ad jus curamque & reverentiam pontificalem pertinent.**

**E**piscopi jurisdictionem non habent, quia nec forum legibus habent, ut ait Valentianus No. de episc. jud. nec apparitionem, nec executionem, sed eorum, ut judicium delegatorum, qui etiam notionem, non jurisdictionem habent, sententias magistratus exequuntur, l. 8. Sozomenus I. εἰς ἐργα τὰ κοινό-  
μενα προ τὸ ἐπικόπων αὐτῷ τὰς αἱρέσεις, τὴν τὰς Διανομένες αὐτοῖς σημείωται. Et videtur Novella 120. δικαιοδοτίαν accipere pro notione. Itaque non de episcopali juridictione, sed de episcopali audientia merito titulus inscriptus est. Et ut Haloander dicebat, ita audientiam male Accursius jurisdictionem, & ita l. 25. sup. tit. prox. Cum clericis in judicium vocatis pateat episcopalis audientia. Et in supra dicta Nov. Valentianii: clericus sequatur forum rei si adversarius ad episcopi vel presbyteri audientiam non præstat adsensum, ex qua etiam apparet presbyteros qui secundum locum ab episcopis obtinent, non eandem, ut Æriani dicebant, habuisse cognitionem, judicium, audientiam. Et hanc quidem habuerent tantum episcopi vel presbyteri in clericos & monachos in causa religionis, vel negotio ecclesiastico, non in alios, vel in aliis causis, nisi inter consentientes, ut h. t. demonstratur: qui & alia continet diversa capitula pertinentia ad jus curamque & reverentiam episcopalem ad jus, veluti ut his in consilium adhibi-

tis defensores civitatum , & sutoræ , & tutores ,  
vel curatores minorum , aut furiosorum insi-  
tuantur , ut querela non numeratæ pecuniaæ vel  
dotis absente magistratu , & quælibet alia præ-  
scriptionum interruptio , vel contestatio apud  
eos instituatur , l. 21. 3. 32. Ad curam , veluti  
disciplina Ecclesiæ , disciplina clericorum & mo-  
nachorum , & illud inter cætera , nec aleæ & spe-  
taculis dediti sint , & ne per vim vel usurpatio-  
nem aliquam eripiant judicatos additōsque  
supplicio : quod fortè usurpabant exemplo  
Pontificum Paganorum , quorum occursus sæ-  
pe servabat ductos ad supplicium. Pertinent  
etiam ad curam corumdem pauperes , captivi ,  
infantes expositi , custodiæ , meritoriæ puellæ  
Jenonum injuria captæ & oppressæ , & inspec-  
tio operum publicorum rationū inque civi-  
lum , & pleraque alia officia pia & sancta , ne  
alij quam Christiani advocati recipiantur l. 15.  
ne alij milites l. 20. quæ reducit quod ante  
Honorius constituerat , & ut Zosimus refert ,  
mox mutaverat propter Generichum copia-  
rum Dalmaticarum ducem , ne defensores ple-  
bis , l. 19. ne in Alexandria archigerentes &  
diœcetæ , qui & ipsi defensores fuerunt Alexan-  
drinæ plebis l. 5. & de quibus nisi vetus error  
insideret , & Theodosiano & Justiniano Codi-  
ci , legeremus , ut ex Christianorum numero  
deligantur. Et generaliter his additur l. 2. & 18.  
tit. seq. ne alij quam Christiani orthodoxi ad  
Reipub. curam vel administrationem , vel ju-  
venum institutionem admittantur , datis , ut  
Cedrinus addit , hæreticis & paganis induciis  
trium mensium ad resipicendum. nec alia ra-  
tione Gelimeri negavit Justinianus Patriciatus

dignitatem quam quod Ariianus esset , auctore Procopio Ad reverentiam autem episcoporum hoc maximè pertinet ne ab eorum sententia possit appellari , l. 8. si qui forte eos ultrò judices optaverint , cū tamen alias à judice dato ex consensu utriusque partis sine vinculo compromissi liceat appellare , l. ex consensu , D. de appell.

#### IV. Enarratio.

**UT** judicium delegatorum ) L. à Divo Pio  
15. D. de re judic.

Sozomen i. ) Cap. ix. hist. Eccl.

**Στρατηγούς** ) Praesides & apparitores eorum res  
judicatas ab Episcopis ad effectum perducere.

De Episcop. aud. Sulpitius Severus sacræ  
historiæ libro II. Aut sententiam in refragantem  
ferre debuerant , aut si ipsi suspecti habebantur ,  
aliis episcopis audientiam reservare.

Male Accursius ) Et Raphaël Fulgosius. Au-  
dientia pro foro Ecclesiastico accipi videtur in  
epistola xlix Aviti Viennensis : Ad Romanæ  
foritan Ecclesiæ audientiam vocet. & epist. lxi.  
Non solum ad clericorum , verum etiam ad laï-  
corum audientiam destinarem.

Nov. Valentiniani ) Hincmarus Remensis  
Opusculo xxxv. Sicut tibi non licet de accusa-  
tione , sive criminalis causæ , sive civilis , relicto  
Ecclesiastico , publico purgari judicio , ita etiam  
non licet tibi postposito , vel contempto Ecclesiastico  
judicio , ad sacerdotalia judicia convolare , vel  
quemcumque , nec etiam laicam personam pertra-  
here , neque ad forum suum sequi , si ipsa laica perso-  
na consenserit Ecclesiasticum subire judicium sicut  
lex Valentiniani , quam probat Ecclesia demonstrat.

Qui secundum locum ) Possid. de vita Augustini c. iv. Quia locus presbyterii , licet ipse maiore dignus esset , appropinquaret tamen Episcopatui. Ipse Augustinus epistola xix. ad Hieronymum : Quamquam secundum honorum vocabula , quæ jam Ecclesiæ usus obtinuit , Episcopatus Presbyterio major sit , tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Augustinus Episcopus Hieronymo presbytero. Vide ad tit. iii. sup.

Ut Æriani ] Vetus auctor in libro de Hæresibus numero liii. ubi de Ærianis : Presbyterum ab Episcopo nulla differentia debere discerni.

Vel in aliis causis ) Sulpitius Severus hist. Sacrae lib. ii. Novum esse & inauditum nefas , ut causam Ecclesiæ iudex sæculi judicaret. Goffridus Vindocinensis epist. xxiv. libri ii. Omnino enim injustum est , & sacris canonibus , sicut ipse melius nostis , penitus obviare videtur , ut Ecclesiastica causa sæculari , & peregrino iudicio terminetur. Sanctus Hilarius ad Constantium A. Provideat & decernat clementia tua , ut omnes ubique judices , quibus provinciarum administrationes creditæ sunt , ad quos sola cura & solicitude publicorum negotiorum pertinere debet , à religiosa se observatione abstineant , neque posthac præsumant , atque usurpent , & putent se causas cognoscere clericorum.

Nisi inter consent. ) L. 7. & 13. h. tit.

Defensores civitatum ) L. jübemus 19 h. t.

Sitonæ ) L. 17. h. t. l. 3. C. ut nem. in coempt. specier. & ibi Cujac.

Et tutor. vel curat ] L. 30. h. t. & §. nos autem , Instit. de Attil. tut.

**U**t querela non num. pcc.) l. 21. h. t.

Præscrip. interr.) l. 31.

Vel contestatio) l. 32.

Ne aleæ & spectat) l. 34. h. t.

Eripiant judicatos) l. 6.

Quorum occursus) Id forte usurpabant cle-  
rici exemplo flaminis Dialis, de quo Gellius  
x. 15. & Vestalium, de quibus Plutarcus in  
Numa.

Paup. capt.) l. 2. & 11.

Infantes expositi) l. nemini 24. h. t.

Custodiæ] Qui custodiuntur, l. 9. & 22.

Meritoriæ puellæ) l. si lenones 12. & l. 14.

Suetonius Claudii cap. xv. Cum scorta merito-  
ria citari, &c. Tertullianus ad Nation. cap.  
x. Scortum hoc meritorium fuit Arnobius v. ad-  
vers. Gent. Divendere meritorii corporis for-  
mam. Hinc meritorium pro lupanari, Julius  
Firmicus Mathef. vi. 25.

Inspectio publicorum operum] l. 25.

Ne alii milités] l. Constantini cautum,  
*κεισιανοὶ μόνοὶ σπαλεύεσθαι*, ut scribit Cedre-  
nus. Julius Pollux in Chronico: *κεισιανοὶ μό-  
νοὶ ὅρθοδόξοι σπαλεύεσθαι*, ut in l. 20. Pagani  
igitur arcentur à militia, Christiani non orto-  
doxi, & Judæi, Divus Hieronimus in Esaiam  
cap. III. Nec mirum si apud Judæos perierit di-  
gnitas bellatorum, cum militandi sub gladio, &  
arma portandi non habeant potestatem.

Quod ante honorii constitutionem) l. 21.

C. Theod. de pagan. Zosimus v. νομος ειπηχη  
τοις θεοις και τοις χριστιανοις ζωις και τοις βαπτιστοις εχει  
ωπαγρευων.

Ut Zoëmus refert] d. lib. v.

Ut ex Christianorum numero elig.] Cu-

ſac. tamen Observ. lib. xxii. cap. iii. Ergaſiotanos interpretatur artifices & operarios civitatis Alexandrinæ. Theodorus Balsamon εργατιῶνς vertit.

Ad Reip. curam vel administr. ) μη πολιτεύεσθαι. Cedrenus pag. ccclxix. edit Regiae. Theophanes : ἐφεστι τεν ὁ βαπτιεὺς ὥστε μη πολιτεύεσθαι τας ἐκλιζοντας, μητε τας αἰρετούς, εἰ μω μόνος τους ὅριοδεξας χριστιανάς, διτοις εὐτοῖς καὶ ἀγροτικαῖς μέντοι τριῶν τριῶν, επιτροφίαι, quæ Anastasius bibliothecarius ita reddidit: *Justinianus Imperator promulgavit legem ne militarent pagani, nec heretici, nisi soli orthodoxi Christiani, dans illis & inducias usque ad menses tres ad conversionem: quasi legetit spartu-* θαι pro πολιτεύεσθαι.

Vel juvenum institutionem) Sic Julianus editio præceperat, ne quis Christianus docendorum liberalium studiorum professor esset, ut scribit Orosius libro vii. cap. xxx. vide quæ annotavi ad l. 7. C. Theod. de pagan. ex Divo August. & aliis. Adde Ambros. v. epistol. 30.

Auctore Procopio ) Libro ii. Vandal.

Ne ab eorum sent. possit appell. ) Ad reverentiam pertinet lex Constantini in Appendice Cod. Theod. num. i. qua cavetur ut omnes causæ Episcoporum sententiis terminatae, perpetuo stabilitatis jure firmantur, ne liceat ulterius retractare negotium, quod Episcoporum sententia deciderit.

Si quis forte eos ) Testatur D. Augustinus causas sacerdotes à fidelibus sæpe ad se delatas in salm. cxviii. conc. xiv.

Liceat appellare ) Vide ad tit. lv. libri ii. & Consultat. xii.

V. De hæreticis & Manicheis & Samaritis.

**N**E quis existimaret privilegia superioribus titulis data Ecclesiis & Episcopis & clericis vel monachis ad alios quam Christianos Catholicos pertinere, statim initio hujus tit constituitur, ut alieni ab hujusmodi privilegiis sint hæretici. Nam & eorum episcopos aut clericos hæc sibi nomina falso vindicare, & eorum conventus & conciliabula non esse Ecclesiæ, sed quasi Ecclesiæ, l. 5. non *οὐναζεῖς*, sed *παρασυνάζεις*, non baptismata, sed parabaptismata, l. 8. l. 14. Nou. 132. existimari esse, sed non esse. Et hæreticis l. 1. C. Th. eodem tit. adjungit schismaticos, rectè: Nam etsi hæretici continuo non sint qui divertunt à communione unitate, nec schisma, qui & *ἀφίωιασμός*, dicitur, hæresis sit, plerumque tamen desinit in hæresim, ut de schismate Donatistarum ait l. 4. C. Theod. ne sac. bap. iter. Quæ ne hæresis vocaretur, appellationem schismatis præferebat. Sic legendum. Et paulò post: Ex geminatione baptismi contigisse ut hæresis ex schismate nasceretur. Et de iisdem D. Augustinus: in hæresim schisma verterunt. Definiuntur autem hæretici, l. 2. hujus tit. qui vel levi arguento de errant à judicio & tramite Catholicæ religionis & nomen habent à pertinaci spiritu & opinione singulari, duræ frontis obstinato piaculo, ut Theodosius loquitur No. de Jude. Sam. & hær. Frons enim hereticorum, frons non est. Additur specialiter in hoc tit. de Manichæis quasi insignioribus hæreticis, quos

ad imam usque scelerum nequitiam pervenisse  
ait l. 5. & incesta perversitate religionis nomi-  
na lupanaribus quoque ignota vel pudenda  
committere No. Valentini de Manichæis,  
quæ ex D. Augustini libris licet agnoscere, &  
Agathiae historiæ lib. 2. & Cyrilli Hierosoly-  
mitani Cath. 6. Et Diocletianus & Maximia-  
nus in Cod. Gregor. velut nova inopinataque  
prodigia in hunc mundum de Persica gente  
produisse Manichæos. Additur & de Samaritis  
propter speciales quasdam constitutiones Græ-  
cas, quæ de eis sunt in hoc tit. sicut inter Nou.  
sunt duæ de Samaritis. Horum secta mista est  
ex Judaismo & Paganismo. Manichæi sunt ex  
Christianismo secundum divisionem Epipha-  
nii. Verum licet variis hi omnes poenis adfi-  
ciantur, tamen eis solemnia sepulturæ non ne-  
gantur, l. 9. Et subjecti tantum Romano Im-  
perio his poenis subjiciuntur, non fœderati, ve-  
luti Gotthi nominatim excepti, l. 12. quorum  
plerique Arriani erant, nec enim leges Civiles  
exterros tenent.

## V. Enarratio.

**N**Am & eorum Episcopos ] L. 2.  
Aut clericos ] Cæteros præter Episco-  
pos vide sup. tit. 3

Et eorum conventus ] L. 8. §. 3. conventicu-  
la, l. 6. Donatistarum conventicula in senten-  
tia Marcellini post collationem Carthag. cum  
Donat. D. Augustinus epistola lvi. Circuli at-  
que conventicula Donatistarum, vel Maximia-  
nensium. Circuli ut in l. 8. §. 5. h. t. τὰ οὐ-  
σιγράμ τα ἀγενκῶν, περὶ τῆς οὐσίας, Cyril-

Ius Hieros. categ. viii. Epiphanius Panarii libro II. τας αὐτων ἐπιλησίας, ήτος φωλεσσ κή σπηλαια. & τω γαρ εἴπομει τὰς της αἱρετικῶν συμελ εύσεις. Theophanes de Theodosio. Εὐγέρειον μὴν ἐξαρτοε παρασωματωγας πονητα κή λαβεσ απατῶντα.

Conciliabula ) Vetus Onomastic. conciliabulum, συνεδριον, συνεδρια τῶν ταρχηρων αἱρετικῶν, Cyrilus Hier. cat. iv.

*Non esse Ecclesias* ) Sanctus cyprianus epistola lxx. Sanctificare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, nec Ecclesiam. Sanctus Augustinus libro v. de paterismo contra Dematistas cap. xxiii. Ecclesiam sicut habent Catholici, non habent hæretici. Tertull. de præscript. Hæretorum cap. XLII. Plerique nec Ecclesias habent, sine matre, sine sede, orbi fide, extorres, sine lare vagantur.

Παρασωματωγας ) d. §. 3. & l. 14. h. t. παρασωματωγαι, Theophanes loco supra citato, ut παρεργάδισκει, hæreticos falsa docere ait sanctus Irenæus in prefatione libri i. & ut παρεργάσαται dicuntur Arriano dissertation. Epict. ii. capite ix

Existimari esse, sed non esse ( Optatus Millevitanus libro i. Interea dixisti, apud hæreticos dotes Ecclesiæ esse non posse, & recte dixisti: Scimus enim hæretorum Ecclesias singulorum prostitutas, nullis legalibus sacramentis, & sine jure honesti matrimonii esse, quas non necessarias recusat Christus, qui est sponsus unius Ecclesiæ, sicut in Canticis canticorum ipse testatur, qui cum unam laudat, cæteras damnat: quia præter unam, quæ est vera Catholica, cæteræ apud hæreticos putantur esse, sed non sunt.

Nam et si hæretici continuo non sint ( Cres-

conius Grammaticus apud Divum Augustinum contra Crescon. lib. II. cap. III. *Internos*, inquit quibus idem Christus natus, mortuus & resurgens, una religio eadem sacramenta, nihil in Christiana observatione diversum schisma factum, non heresis dicitur: siquidem heresis est diversa sequentium secta: schisma vero eadem sequentium separatio. Idem tamen Augustinus in libro de fide & symbolo cap. x. scribit, nec hereticum, nec schismaticum ad Ecclesiam pertinere. Nam & heretici, inquit, & schismatici congregations suas Ecclesias vocant, sed heretici de Deo falsa sentiendo ipsam fidem violant. Schismatici autem dissensionibus inquis à fraterna charitatæ dissiliunt, quamvis ea credunt quæ credimus.

Definit in heresim ) Hincmarus Remensis Opusculo XIV. Sacra monstrat auctoritas, cognata sunt schisma & heresis Rabanus Moguntinus in epistola I. ad Hincmarum Remensem: Nullum schisma non sibi aliquam confingit heresim, ut recte ab Ecclesia recessisse videatur.

Sic legendum ) Sic etiam edicavit Jacobus Sirmundus in Appendice Cod. Theodosiani.

Divus Augustinus in libro de heresisbus.

Definiuntur autem heretici ) οἱ πληνός ἐστι πᾶς πονόποδος, l 12. h. t. Sanctus Augustinus in libro de utilitate credendi, in princip. Hereticus est qui alicujus temporalis commodi, & maxime gloriae principatusque gratia, falsas, at novas opiniones vel gignit, vel sequitur.

Deerrant à judicio ) Rebelles sacræ fidei. Vigilius Episcopus Tridentinus in disput. inter Sabell. Fotin. Arr. & Athanas. Perfidi. Laetan-

tius v. 9. Si qui autem doloris , vel mortis metu, vel suapte perfidia , cœlesti sacramentum deseruerint &c. Hinc perfidia pro hæresi. Idem Vigilius : Optime Athanasius errorem perfidiae in adjectis , & nuper inventis rerum novitatibus consistere profiteatur. Phæbadius contra Arianos : Incipientes igitur ab ipso capite perfidia &c. Facundus Hermianensis libro II. Nullus ignotus processit hæreticus , nulla nostris est temporibus nata perfidia &c.

Et nomen habent ) Tertullianus de præscriptione hæreticorum : Hæreses dictæ Græca voce ex interpretatione electionis , qua quis sive ad instituendas , sive ad suscipiendas eas utitur.

A pertinaci spiritu , Facundus Hermianensis libro x. Verum neque illud modestus quisquam sicut arbitror , definire Præsumit , quod hæretici habendi non sint omnes , qui non pertinaces , sed ut imperfecti , & ad discendum parati minus aliquid in Christiana fide cognoverint. Hæreticum facit pertinax offensionis defensio , idem libro eodem. Obstinatio , lib. II. in fi. obstinata defensio falsitatis , lib. 12. Idein contra Mocianum : Hæreticum non Humanæ infirmitatis ignorantia , sed pervicacia facit. animus obstinatior , l. 2. sup. de sum. Trinit. Anastasius bibliothecarius in epistola ad Joannem diaconem : Cum hæreticus non ex erroris tantum deceptione , quantum ex electione non recta & contentiosa pertinacia generetur.

Quasi insignioribus hæret. ) Sanctus Basilius homil. II. in Hexaem. βδελυκη τῶν Μανικαῖων. αἱρετις Georgio Syncello, παρολεθρις ἀπό εἰς: exitialis perditio. Anastasio bibliothec.

in hist. Eccles. Leo i. serm. vi. de jejunio decimi mensis. Arcem sibi in Manichæorum struxit *insania*, & latissimam in eis aulam, in qua se exultantius jactaret, invenit: ubi non unius pravitatis speciem, sed omnium simul errorum impietatumque mixturam generaliter possideret. Quod enim in paganis prophanum, quod in Iudeis carnalibus cæcum, quod in secretis magicæ artis illicitum, quod denique in omnibus heresibus sacrilegum, atque blasphemum est, hoc in istos, quasi in sentinam quandam cum omnium sordium concretione confluxit, &c.

Nomina luponaribus quoque ignota] Sanctus Augustinus libro i. contra Julianum Pelagianum: *Manichæi luponar necdum reliquisti*. Leo dicto serm. vi. & serm. ii. de Pentec. *Manichæus ergo magister falsitatis diabolicæ, & conditor superstitionis obscenæ, eo tempore dannandus innotuit*.

De Persica gente] Vide Agathiam d. lib. ii.

Propter speciales quasdam] l. 12. 17. & 18.

Pœnis adficiantur] de quibus lex 4. 5. & alia vide Augustinum adversus epistolam Parmeniani lib. i. cap. xii. & libro iii. contra Cresconium cap. xlvi. epistolam l. & Possiduum in vita Augustini cap. xii. Leonis epistol. ii.

Non fœderati velut Gotthi] De Gotthis fœderatis Malchus in Excerptis de legationibus: πρέσεις ελθει ἐκ Θεοῖς τὸν ωμόνδων σορθαντούς δὲ καὶ φρεγίτους οἱ Παπαιοὶ καλέσοι. Jornandes de rebus Goticis: & ipsi dicti sunt fœderati.

Quorum plerique Arr. erant] Procopius li-

bro i. Vand. τῆς γαρ Ἀρειοῦ δόγματος ἐπὶ τοῖς ἀναττεσ. Theophanes de Gotthis, hypogothis, Gi-  
pedibus, & Vandalis: πάντες δέ τῆς Αρειοῦ τοῖς αρ-  
χοντοῖς κατηγορίαις. Vide divi. August. epistolam  
l. in pr. ubi de Gotthis. Jornande libro ci-  
tato: *Sic quoque Visigothæ à Valente Imp. Ar-  
riani potius quam Christiani effetti.*

## VI. Ne sanctum baptisma iteretur.

**H**ic titulus pars quædam est tituli superio-  
ris: nam iteratio ipsa baptismi sive Ana-  
baptismus per se hæresis est & hæreticorum  
quorundam hi mores erant, veluti Donatista-  
rum, Novatianorum, Eunomianorum ut à Ca-  
tholicis baptifatos rebaptisarent id auferentes  
quod geminabant, ut eleganter ait l. 5. C.  
Th. de hær. cum ramen Catholicī hæreticos  
ad se conversos, qui modo ab hæreticis bap-  
tizati essent in Trinitate non rebaptizarent.  
Quod enim in constitutionibus & canonibus  
Apostolorum longe aliter cautum videtur, id  
de his acceperunt qui non essent baptizati in  
Trinitate. Nec probarunt Tertulliani, Cypria-  
ni & Africanorum quorundam opinionem de  
rebaptizandis his, quos hæretici baptizassent.  
D. Augustinus de hæresibus: Ecclesiæ catho-  
licæ placuit, nec in ipsis hæreticis baptismia  
commune rescindere. Optatus de Donatistis:  
A Donatistis baptizatos simpliciter excipimus:  
absit enim ut jam lotum revocemus ad fontem,  
absit ut iteremus quod semel est, aut duplice-  
mus quod unum est. Et Impp. Honorius &  
Theod. l. 58. C. Th. de hær. In modum se-  
mel nati hominis baptismia semel à Deo cor-

cedi. Denique hic tit. est de Anabaptistis genere hæretorum vel ob hoc solum quod iterent baptismum, initiationem, tinctionem quæ fit columbo sacro.

## VI. Enarratio.

**A**Nabaptismus per se hæres. est.) Species hæresis est, Odofredus hic.

Veluti Donatist. D. Augustinus libro de hæresibus LXIX.

Novatianorum ] S. Hieronimus in libello de hæresibus. *Novatianus Novatianorum dogma instituit*, nolens *Apostatas suscipere*, & *baptisans baptisatos*. Vide D. Augustinum de baptismō contra Donatistas lib. III. 10.

Eunomianorum ) Epiphanius hæresi LXXVI. Εὐνομίους ἀναβάπτιζε τοὺς οὐδὲν θεωρούσας & μόνον τοὺς ἀπὸ ὁρθοδόξων κεισί αὐτὸν ἐρχομένος, ἀλλὰ οὐ τοὺς ἀπὸ αὐτῶν Αρριανούς. Adde, & Marcionitarum, idem Epiphanius adversus Martionitas, hæresi XLII. & Arrianorum. D. Augustinus de hæres. ad Quodvultdeum XLIX. Hi omnes *baptisma confrequentabant*, ut loquitur Avitus Viennensis.

In Trinitate ) Sanctus Hilarius Pictav. in Matth. can. XXXIII. in si. : *Ut qui crediderint, qui in Trinitate fuerint baptizati, omnia faciant quæ præcepta sunt.* Optatus Milevitanus lib. v. *Nemo tintitus fuerat in Trinitate*, id est, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Οὐαπτιζόμενος, εἰς τελεστὰς θαυμάτων, εἰς πατέρα, καὶ υἱον, καὶ ἄγνοι πνεῦμα: *Qui baptizatur in Trinitatem baptizatur, in Patrem, & Filium: & Spiritum sanctum*, ut ait sanctus Basilius

homilia xvii. in sanctum baptisma & de Fide:  
 οὐτε βαπτίζουσιν εἰς τριηδίαν ὥμοντιον καὶ τὸν  
 εὐαγγέλιον αὐτοῖς ταύτης γνῶντες Ιησοῦ Κορισοῦ εἰπον-  
 τος πορευόμενος μαθητεύοντε παντας τὴν ἔθνη, βα-  
 πτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄντα τοῦ πατέρος καὶ τοῦ υἱοῦ  
 καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος: Sic baptizamus in Trini-  
 tatem consubstantialem idque ex præcepto. Do-  
 mini nostri Iesu Christi, qui dixit: Euntes doce-  
 re omnes gentes, baptizantes eos in nomine Pa-  
 tris, & Filii, & Spiritus sancti: Nam ut ait  
 Divus Augustinus vi. de baptis. cap. xxv. quis  
 nesciat non esse baptismum Christi, si verba E-  
 vangelica, quibus symbolum constat, illic de-  
 fuerint? Sunt enim certa illa Evangelica verba  
 sine quibus non potest baptismus consecrari, ut  
 ibid. ait vir sanctus.

Et canonibus Apostolorum ] Can. lvii. quo  
 cavetur, ut qui ab hereticis baptizati sunt fi-  
 delium appellatione non censeantur.

Id de his acceperunt ] Theodorus Studita  
 epist. 4. ad Naucratonem: Illud cogita quod  
 Apostolicus canou illos dicit hereticos, qui in no-  
 mine Patris, & Filii, & Spiritus sancti bap-  
 tizati non sunt, nec baptizant.

In Trinitate ) Qui baptismus Trinitatis di-  
 citur Divo Augustino serm. in die Pentecostes  
 II.

Tertulliani ) Libro de baptismo cap. xv.

Cypriani ) Epistola lxx. lxxi. & seqq.  
 Facundus lib. xi. Cum B. Cyprianus omnes heret-  
 icos crederet baptizandos Vide eundem con-  
 tra Mocianum Scholasticum ad finem.

Et Africanorum quorumd.) Episcoporum  
 lxxxvii. de quibus in Concilio Cartag. apud

Cyprianum Concilium Romanum in epistola ad Gratianum & Valentianum Impp. Per Africam rursum sacrilegos rebaptizatores nutus Dei præcepisti expelli.

Semel à Deo concedi ) Adde. Divus Augustinus epistola cciii. Rebaptizare hæreticum hominem, qui hæc sanctitatis signa percepit, quæ Christiana tradidit disciplina, omnino peccatum est: rebaptizare autem Catholicum, immanissimum scelus est. Avictus Viennensis in fragment. ex libris contra Arrianos: *Unum baptisma non iteramus.* Cui honorem suum etiam in Bonosiacorum aliorumque receptione servantes, si se in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizatos esse respondeant, quod bene confessi sunt, servando recipimus: quod perperam crediderant, benedicendo sanamus. Ferrandus diaconus in Parænetico ad Reginum: Patienter ferens propter scandalum quod pati formidat, etiam reos lavacro secundi baptismatis pollui. Hincmarus Remensis Opusculo xii Sicut sive hæreticus, sive schismaticus, sive facinorosus quisque in confessione S. Trinitatis baptizet, non valet ille qui ita baptizatus est, à bonis Catholicis rebaptizari, ne confessio & invocatio tanti nominis videatur nullari, quia ipse est, ut scriptum est qui baptizat, qui discipulis suis jussit, dicens: Ite, docete, omn. g. bapt. Vetus auctor libro I. de hæretibus num. xliv. Omnibus notum est, nos hæreticos venientes non rebaptizare, sed manum reconciliationis accedere, & ita divino populo tradere. De Paulianis autem sancta Synodus Nicæna hoc constituit, ut prorsus baptizentur, & ita demum Catholicico populo socientur. vide

ibid. cap. LXI. Auctor incertus in Breviariorum fideli aduersus Arrianos: *Dicere enim solent de baptismo, quod in eo melius sit illorum baptismum quam nostrum, quia qui de illis ad nos convertuntur non eos rebaptizamus, sed per manus impositionem reconciliamus.* Illi vero si quos de nostris se auctere possunt, *inconsideranter rebaptizant.* Hincmarus Remensis de divortio Loth. & Teib. interrogatione & respons. ix. *Non sanat baptismus perfidorum, non mundat, sed polluit.* Unde & secundum decreta canonum, & sancti Innocentii, atque aliorum Pontificum Rom. in nomine S. Trinitatis ab hereticis baptizati per manus impositionem gratiam Spiritus sancti accipiunt: non autem in sancta Trinitatis nomine baptizati baptizari jubentur. Vide Leonis M. epistolam LXXVII. in fine, & epist. xc. & can. XLIV. de consecrat. distict. IV

Initiationem ) Constitutiones Apostolicæ libro III. 16. & 18. τέλειωσιν Vide D. Gregor. Nazianzenum orat. εἰς τὸ ὄχος θαυμάτου. Christo enim initiamur. Hinc οἱ τελουρίδειοι apud Theodoretum in Cantica cantic. capite I. ver. II.

Tinctionem ) Tinctio, intinctio Tertulliano, tinctio Cypriano, pro baptismo, & tinguere apud Tertulianum, pro baptizari, Isidorus Originum vi. 19. Baptismum Graece, Latine tinctio interpretatur, quæ idcirco tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratiæ in melius immutatur & longe aliud quam erat efficitur: prius enim deformitate peccatorum fœdi eramus: in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum.

Columbo sacro ) Colymbo. Ælius Lampridius

dius in Antonio Heliogab. *Marinæ aquæ colymbos exhibuit.* κόλυμβος est piscina, quæ & κρητικός in novo fædere, & aliis auctori- bus, δέ τοι τοις κρητικῶν. Hinc κρητική apud divum Chrisostomum, avl. *Glossarīs* Glos- sæ Isidori: *colymbus locus, ubi uestes mundan- tur.* Sacer igitur colymbus, in quo mundan- tur intincti. Columbus autem τῷ ν in u mu- tato, ut Lotini solent, auctore Theodoro Ga- za in libello de origine Turcarum.

## VII. De Apostatis.

**U**T ex schismate hæresim nasci dixi tit. 5. ita possum dicere ex hæresi plerunque na- ci apostasim, ut Tertullianus, hæreses apostatas facere. Hi sunt quos posteriores dixerunt Maga- garitas, qui penitus desciscunt à religione Chri- stiana ex Christianis facti Judæi vel Pagani, vel Samaritani, vel Saraceni, constitutiones ad peregrinitatem redigunt, & jubent exemplo reorum majestatis & Manichæorum & Dona- tistarum, l. 4. sup. de hær. damnari etiam post mortem intra quinquennium instituta accusa- tione, l. 2. in vivos perpetua & publica accusa- tio est, l. 4. Et hoc quoque in apostatis pro- prium est ut eorum crimen pænitentia non aboleatur, l. 3 cum tamen hæreticorum aboleri saepius constitutum sit, d. l. 41. C. Th. eod- tit. & eleganter d. l. 3. lapsis & errantibus sub- veniri. hi sunt heretici, non perditis, hi sunt apostatæ, & animadvertisendum eidem legi hæc verba esse perperam inserta, quæ confundunt hæreticos cum apostatis, hæretica supersticio- ne. Cujus rei satis res ipsa & Codex. Th. & in-

feriora legis verba fidem faciunt. Item animadvertisendum est l. ult. hujus tit. esse fugitivariam, de hæreticis nimirum, non de apostatis & partem l. 8. sup. de hær. ut constat ex actis Chalcedonensis synodi.

## VII. Enarratio.

**UT** Tertullianus) de præscriptione hæretorum cap. iv.

Magaritas ] μαριτάς dicitur, qui à fide christiana descivit. Leo Grammaticus: καὶ μαρίτας ἀστοῖς δύλοις τῷ Σαμωνᾷ τελέσα αὐτῷ γέγονεν, αναγκασθεὶς μαριτάσιον αὐτός τε καὶ οἱ συών αὐτῷ. Vide Glossarium nostrum ad Cedrenum, & Notas ad histor Eccles. Anastasii, & ibidem indicem Glossarum.

Desciscunt à religione ] Exheredes fidei, Cyprian. in epistola xxxi. à fide devii.

Ad peregrinantem redig. ] l. ult h. t.

Damnari etiam post mortem ] Facundus Hermianensis lib. x. Dicunt probare se posse neficio quos hæreticos post mortem fuisse damnatos. Rigordus de gestis Philippi Augusti: Etiam post mortem fuit excommunicatus & damnatus, Amalricus, & à cæmeterio sacro dejectus, & ossa & cinis ejus per sterquilinia sunt dispersa. Adde auctorem Chronicum Altissiodorensis pag. cv. ver. Barlaamum & Acyndinum monachos post mortem excommunicatos scribit Ioannes Cantacuzenus lib. iv. ca. xxiiii.

Pœnitentia non aboleatur ] Africani Patres in codice canonum Ecclesiæ Afric. can. xciii.

Sed hæc posterior pars legis 3. h. t. non est in Basilicis, ut observat Balsamon ad Photii No-

mocan. tit. ix cap. xxv. inhumanum enim vi-  
sum est, hoc etiam crimen pœnitentia non abo-  
leri. In d. l. 3. hæc verba notanda sunt: quos  
etiam præcepissimus procul ab jici, ac longius  
amandari, nisi pœnæ visum fuisset esse majoris,  
versari inter homines, & hominum carere suf-  
fragiis. Divus Augustinus lib. ii. contra litte-  
ras Petiliani Donat. cap. lxxxvi. de Donati-  
stis: *Nulla tamen lex regia vox jussit occidi: for-  
tasse propterea, ut quicumque vestrum in perti-  
naci sacrilegi furoris aura persistunt, cum parri-  
cidæ supplicio, & vita carnifice crucientur.*

VIII. Nemini licere signum salvatoris  
Christi humi vel in silice vel marmore  
sculpere, aut pingere.

**U**T hæretici & Apostatae, ita qui in pav-  
mento sculpunt vel pingunt signum sal-  
vatoris Christi erga religionem christianam  
contumeliosi esse videntur, & rectè Tiberius  
Constantinus apud Paulum Diac. Crucem do-  
mini, qua frontem nostram & pectora munire  
debemus, eam sub pedibus cōculcamus. Idcirco  
inhibetur hæc res cum hoc tit. tum synodi ha-  
bitæ Constantinopoli in Trullo c. 73. Et si-  
gnum salvatoris Christi vocat, ut veteres  
Theologi crucem, quæ veris Christianis sem-  
per fuit sancta & venerabilis l. decernimus,  
sup. de episc. & cl. l. i. tit. seq. *περονωντὸς καὶ τί-*  
*μορι* dixit Nov. v. non quidem propter se, sed  
propter Christi memoriam, qui pro nobis cru-  
ci suffixus est, ut Sybilla dixit, *οὐλόν μακάρη-*  
*σον* c. *οὐ Γεὸς οἰζιταινθη.* & Cyrillus 6. contra Iulia-  
num, aliter quam Manichæi, quid id rejiciebant

*ως κενοτηρεπένοι ὄργανον.* Adeo vero fuit signum Christi sanctum, ut in instrumentis pro fide & subscriptione cederet, l. ult inf. de ju. delib. & Leonis No. 72. & collocatione ejus profana loca expiari & Deo consecrari solerent, l. ult. Cod. Theod. de pag. sac. Nov. v. & LXVII. & præferri quoque in Litaniis publicis, No. 123. & Christiani etiam omnes, ut Tertullianus, Hieronimus, Augustinus, Chrysostomus scribunt ad omnem actum & omnem incessum eo signo frontem terere & se præmunire. Et signum dici idem Chrysostomus pia interpretatione, *ὅτι πάσας τὰς θεᾶς παραγαγόταθηνες, ὅσας εἴναι λαόντες, ταῦτα καθός τῷ πνὶ σημαντεῷ βασιλικῷ καὶ διακυλίῳ σφεγγίζουσιν.*

### VIII. Enarratio.

**T**iberius Constantinus ) Gregorius Turonenensis historiæ libro v. cap. xix. de Tiberio Imp. Deambulans per palatum vidit in pavimento domus tabulam marmoream, in qua crux dominica erat sculpta, & ait: *Cruce tua Domine frontem nostrum munimus & peitora, & ecce crucem sub pedibus conculcamus & dito citius jussit eam auferri &c.* Almoinus de gestis Francorum libro III. cap. ix. In Keneti regis Scotorum legibus religiosis hæc legitur: *Sepulchrum omne sacrum habeto, idque crucis signo adornato, quod ne pede aliquando conculces caveto.*

In Trullo can. LXXXIII. ) *ως εἴναι μὴ καταπατήσῃ παρεῖ τὸ βαδίζοντας τὸ κῆρα τοῦ διαβόλου τὸ παύοντα,* ut ait ibidem Balsamo. Alexius Aristenus ad eundem canonem: *πάνταν απεδει*

χεὶς παθέναις οἷμας, τῶι αἰγίαν δοπεδίδονται πυλώνι τῷ  
ζωόπορον σαυρῷ, διὸ τὸ πάλαι σεσωμένον πλάκατον.

Et signum Salvatoris, &c.) In l. un. h. t.  
Basilica: τὸν αὐγὸν σαυρὸν, sanctam crucem, ut  
in l. 18. C. Th. de Judæis, & l. II. C. Just.  
cod. divus Augustinus in Joan. tr. cxviii. *Quid*  
*est, quod omnes noverunt, signum Christi, nisi*  
*Crux Christi.* Cyrillus Hierosolym. catech. xv.  
αποκείον δὲ αἰγῆς ἴδιον τῷ Κεισου ἐστιν οὐ σαυρός.  
Signum Dominicum. Maximus Taurin. hom.  
II. de cruce & sep. D.

Quæ veris Christianis) Qui crucis religiosi  
dicti Tertulliano Apologeticī cap. XVI. & cru-  
cicola, Anselmo de Virginitate.

Non quidem propter se &c.) Sanctus Am-  
brosius in oratione funebri de obitu Theodo-  
sii Imperatoris. *Habet Helena quæ legat: unde*  
*crucem Domini recognoscet. Invenit ergo ti-*  
*tulum, REGEM ADORAVIT, NON LIGNUM*  
*utique, quia hic gentilis est error, & vanitas*  
*impiorum. ADORAVIT ILLUM QUI P E -*  
*PENDIT IN L I G N O.* Divus Augustinus in  
serm. de sancto Laurentio: Non signum ligni te  
delestat, sed signum pendentis. Photius Patriar-  
cha CP. epistola I. sectione xx. τούτοις τοιχα-  
ρεῖσιν ἔχεισι, τῶι τε Κεισῦ εἰκόνα φημί, καὶ αὐτόις  
τὸν σαυρὸν, καὶ δικαὶ τὴν σανερὸν τὸν τυπον, παραπλη-  
σίως τῇ σεβασμότητῃ καὶ πρεσβυτησι τὰς μητέρας,  
καὶ τοὺς αὐτοῖς κατεγγέφορδυ καὶ κατειργόρθορδυ τῶι πυλώνι  
καὶ τὸ στήλας, ἀλλ' εἰς τὸν διὸ οἷμας ἀναθραπνίσαντα  
πλάκα φιλανθρωπίας ἀφίστα, καὶ τὸν ψάρο οἷμα  
οὐ πονεῖσθαι θάνατος ἐκτονίας ψετείγονται, ταῖς τῶι  
αἰγαφέρομδυ καὶ αἰγερομδυ.

Ωζύλον μακαρεύσον) Citat Hermias historijs  
Ecclesiast. lib. II. cap. I.

**U**t instrum. pro fide ) Isaac Catholicus invent. l. in Armen. Εν ταῖς ἀσφαλαῖς τῇ Καρκίνῳ πέσος πίστοι τῇ γεγραμμένω σκηνοποιήσει τὸν ταυρόν Δῆμο μέλιχνος, ταῖς τοιούτοις παρεχθεῖσαις καὶ αρνεύσασσι, ὡς αρνητὴς τοῦ Κορισοῦ κατακρίνοιτο. In Synodo apud Colichyth. sub Vulfrido Archiepiscopo Cantuariæ cavetur, ut quæ signantur vexillo crucis firma sint. Episcopus chartam signat cum cruce, & incausto apud Matthæum Paris. in Henrico tertio.

**U**t Terrullianus] De corona cap. tertio. *Ad omnem aditum & exitum, ad vestitum, ad calciatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacumque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus, Cyrilus Hieros. catech. iv. ποίει τῷ τοῦ τημένου εὐθίᾳς καὶ πίνας καθίμενος, οὐ παρόμενος, ἐξανισθεντος, λαλῶς, πεπατῶς απαξαπλῶς καὶ παντὶ πεδίματι. vide ejusdem catech. 18.*

Hieronimus in Ezechielem cap. ix. *Antiquis Hebræorum, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema Thau littera crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inscriptione signatur.*

Augustinus] Sermone cxxxii. de tempore. *Crucem illam in qua ille crucifixus est in corpore, nos gestamus in fronte. Idem sermone xx. ex his qui editi sunt in supplemento operum: Propterea & nos signum ipsum crucis in fronte portamus Vide autorem anonymum in tractatu de rectitudine catholicæ conversat. inter opera D. August. tomo ix.*

Chrysostomus] Homilia xxi. ad populum Antiochenum, & alibi passim.

Idem Chrysostomus) In homilia de adoratio-  
ne pretiosæ crucis, tomo vi. operum edit. Paris.

## IX De Iudæis & Cœlicolis.

Postea quam dixit de Apostatis, qui scilicet  
prodita religione christiana defecerunt ad  
Iudæos vel Paganos, inde dicere instituit de  
Iudæis, postea de Paganis. Et Iudæis jungit  
Cœlicolas. Iudæorum sectam non prohibet.  
Nam & circumcisio eis permittitur, l. circum-  
cidere, D. ad l. Corn. de siccari. & in ordinem  
Decurionum allegi possunt, l. 3.. §. ult. D. de  
Decur. non etiam judicandi potestate fungi, l.  
ult. hoc tit. Sed & necessitates, ut ait d. l. 3. id  
est munera civilia obire coguntur, l. 15. de exc.  
tit. l. 2. l. jussio, hoc tit. Cœlicolarum secta  
prohibetur, l. 12. quorum nomen inauditum  
esse ait, & novum superstitionis crimen, & ne-  
scio cuius dogmatis novi habuisse conventus, l.  
43. Cod. Th. de hær. Iudæorum sectam esse  
verum est, qui ut Iuvenalis ait, nil præter nu-  
bes & cœli numen adorant, & in Catalectis  
Petronius: Iudæus licet & porcinum numen  
adoret, & cœli summas advocet auriculas, &  
Sophonias propheta inter eos quosdam adora-  
re militiam cœli: sed miscuisse se quoque eam  
Christianismo. ad aliquid, quandoquidem  
hanc sectam hæreticis & dogmaticis adnume-  
rat, & ut ad Christianam religionem rever-  
tantur quodammodo cohortatur, d. l. 12. & in-  
venio in epistola Augustini clxiii. Majorem  
Cœlicolarum novi apud Donatistas baptismi  
auctorem instituisse, & multos illo sacrilegio  
seduxisse, qui locus etiam probat exemplo Iu-

dæorum non male vulgo in l. 3. hujus tit. Cœlicolis dari Majores , licet vox Cœlicolis ab sit à Cod. Th. & à quibusdam manuscriptis.

## IX. Enarratio.

**J**udæorum sectam non proch. ] Judæorum collegia ab Augusto permissa , Philo. vide Tujac. Observ. viii. 30. C. Cæsarem Augustum & Claudium in gentem Iudæam clementes fuisse scribit Hieronimus in Zachariam lib. ii. cap. ult. Idem lib. iii. in epist. ad Galat. cap. vi. Caius Cæsar , & Octavianus Augustus & Tiberius successor Augusti leges promulgaverant, ut Iudæi qui erant in toto Romano Imperii orbe dispersit proprio ritu viverent, & patriis ceremoniis deservirent. Vide Iosephum Antiq. lib. xvi. cap. x. Severum & Antonium Iudæos plurimum dilexisse , idem Hieronimus scribit in Daniëlem libro ii. cap. xi. Alexandrum Severum Iudæis privilegia reservasse , Lampridius. Denique legibus suis vivere paſſi sunt. Divus Augustinus in psalm. lviii. Per omnes gentes manent certe , & Iudæi sunt , & destiterunt esse quod erant : id est , gens ista non ita cessit in iura Romanorum , ut amiserint formam Iudeorum , sed ita subdita Romanis est , ut etiam leges suas teneat , quæ leges sunt Dei.

Nam & circumcisio ) Indæis circumcidere ~~adseruer~~ , & ut loquitur Spartianus in Adriano , mutilare genitalia permisum est , unde ~~in~~ ~~ad~~ pro Iudæis circumcisionis de quorum circumcisione Michaël Ephesius in librum u. de partibus animalium : ~~est~~ dicit aegrotatio

πειραχων δέ πρωτὸς Σαλανου τοῦ αἰδίου, ὃ καὶ τέμνεται οἱ Ισδεῖοι, καὶ Αἰγυπτῖοι, καὶ λέγονται τὸν τοιαύτῳ τοφεῖ, καὶ λοφεῖ, ἀκογνοδίας dicit, quæ in veteri & novo foedere ἀκρότησία dicitur Glossæ, ἀκρότησία, præputium. Iuvenalis Sat. XIV. mox & præputia ponunt. Petron. in Cataleptis.

*Ni tamen & ferro succiderit inguinis oram.*  
Tacitus histor. v. cap. v. Circumcidere genitalia instituere, ut diversitate noscantur. eandemque rationem circumcisionis adfert Maimonides more Nevochim parte III. cap. XI. IX. Vide Tertullianum advers. Iud. cap. III. Thcodoret. quæst. in Genes. qu. LXVIII.

Non etiam judicandi pot. ] Auctor dialogi de altercatione Ecclesiæ & Synagogæ inter opera divi Augustini : Tributum mibi solvis, ad imperium non accedis, babere non potes præfeturam. Iudæum esse comitem non licet, Senatum tibi introire prohibetur, præfecturam necis admilitiam non admitteris. vide sup. tit. IV. ubi de Iudæis.

Cælicolarum secta ) Cælicolæ erant Iudæi Semichristiani, ad quos non pertinent versus Iuvenalis, nec qui in Cataleptis, sed ad Iudæos veteres. Cælicolarum autem secta inde dicta videtur, quod cœlum colerent, id est, adorarent. Glossæ Græcolat., ὁ σέων τὸν οὐρανὸν, cælico. Aliter quam Iudæi antiquiores, qui cœli nomine Deum intelligebant, ut Machabæorum libro priore cap. III. vers. 19. εἰς τοῦ οὐρανοῦ χρυσόν : εἰς τὸν οὐρανὸν : è cælo fortitudo : & cap. IV. v. 10. Ενήσωμεν εἰς τὸν οὐρανὸν : Clamemus ad cœlum. sive Deum cœli, ut d. cap. VII. 18. Εναντίον τοῦ Θεοῦ σπαντες : coram Deo cœli, sic enim ha-

bent lxx. & alibi saepe, etiam in novo fœdere.

**U**t Iuvenalis ait Sat. XIV. v. xcv. i.

Et cœli numen ad. ) Auratus, Iosephus Scaliger, Canterus, Douza, Vossius, & Samasius, legunt *lumen*, id est, cœlum ~~αέρα φωτισμός~~.

Et cœli suimm. adv. aur. ) Franc. Pithoeus legebat: & cœli summas, οὐλάς, ὄντος. Somniarunt, inquit, nationes caput asininum Deum fuisse Iudeorum, quod refutant Iosephus & Tertullianus, ille II. contra Appionem Grammaticum, hic Apolog. c. XVI. vide Petrum Cunxum de Republica Hæbræorum libro II. 24. & lib. III. 6. Danielem Heinsium in laude asini.

Instituisse ) ιστός legendum, extitisse.

Et à quibusdam manu script. ) Non est invent. Ægidii Menagii, & Iuliani Brod.

**X.** Ne Christianum mancipium hæreticus vel Iudæus, vel Paganus habeat, vel possideat, vel circumcidat.

**P**ars origine sua tit. hic fuit tituli superiores, id est de Iudæis tantum, sed ex Græca constitutione Iustiniani & l. Deo nobis, sup. de epis. & cl. idem Paganis interdictur & hæreticis: nechristiana mancipia habeant jure dominii, vel possideant quo alio jure, veluti fideicommissi, aut bonorum possessionis, nefas esse religiosissima mancipia impiissimorum inquinari dominio, l. ult. II. Th. eod. tit. & similiter Eusebius IV. de vita Constantini, *αγείωτοι εἴησαν τοιχοφόροι καὶ κυριοκτόνοις τὰς υπό*

τοῖς σωτῆρσιν ἐλευθερούμενος ζυγῷ δικαιίας ψαύεται.  
 Sed additur generaliter ne etiam alterius quam  
 suæ sectæ vel nationis hominem possideant.  
 Et capitale esse si eum hominem circumcide-  
 rint, si non circumcidere, multæ subjici xxx.  
 libraruim auri l. 2. Servum autem, si rem de-  
 tulerit, liberum fieri, alioquin tisco vindicari,  
 ut l. 2. Cod. Theod. eod. & Cedrinus & Sozo-  
 menus probant. Nec ad christianos tantum ho-  
 mines ex leges pertinent. qui scilicet baptizati  
 sunt in Trinitate, sed etiam ad cathecumenos,  
 id est auditores baptismo designatos, ne im-  
 pune circumcidantur, ut l. 2. & Nov. 37.

## X. Enarratio.

**P**aganis interdicitur ) Synodus Parisiensis  
 apud Flodoardum libro 11. cap. v. Ut Chri-  
 stiani Iudeis, vel Gentilibus non vendantur,  
 & si quis Christianorum necessitate cogente man-  
 cipia sua Christiana elegerit venundanda, non  
 aliis nisi tantum Christianis expendat: Nam si  
 Paganis aut Iudeis vendiderit, communione  
 privetur, & emptio careat firmitate, Iudei  
 vero si Christiana mancipia ad Judaismum vo-  
 care præsumperint, aut gravibus tormentis af-  
 flixerint ipsa mancipia fisci ditionibus revocen-  
 tur. Robertus monachus in chronologia:  
*Commune concilium Romæ sub Alexandro Pa-*  
*pa anno præterito celebratum statuerat, nul-*  
*lum deinceps Christianum, mancipium fieri*  
*Iudeorum.* Vide ad collectionem Theodori  
 Balsam.

Quarto de vita C.) capite xxvii.

Et Cedrinus ] cuius hæc verba sunt: Kœv

84 *Paratitla in lib. I.*  
σενῆς δὲ καὶ Κάρυας σύνορες τησσαρεῖς, Ιεδαιῶν μὲν ἀνεῖδας δύο λοιποὶ ἐπεὶ ἀφαρέστησαν αὐτοὺς εἰς τὸν δημόσιον λόγον εἰ δὲ καὶ φειλέμενοι τολμήτες δοῦλοι, ξιφεῖς πρωτεῖσθαι, καὶ τῶν τελείου δημευεῖσθαι σοιαν.

Sozomenus ) l. iii. 17.

Auditores bapt. design.) Catechumeni auditores & audientes dicti. Tertullianus de pœnitentia cap. vi. *Quia inter auditorum tirocinia deputatur*, & mox : *Prima audientis intinctio est.* Cyprianus epist. xii. ad presbyteros & diac. &c. *Audientibus etiam si qui fuerint periculo præventi &c.* vide Theophilactum in Ioan. cap. i. Sunt enim *candidati Dei*, ut loquitur Tertullianus ii. ad uxor. *candidati fidei*, ut Hieronymus in epistola ad Rusticum, *candidati baptismi.*

## XI. De Paganis, Sacrificiis, & Templis.

**S**equitur tit. de tollendis sacrificiis Pagano-rum, & claudendis fanis, delubris, templis eorum, non etiam diruendis. Nam & si velint Imp. aras & sensu carentia simulachra avelli, nolunt tamen etiam ædificia templorum & publicorum operum ornamenta destrui l. 3. & resto ornamenta. Nam templo quæ in agris & locis abditis constituta nulla ornamenta habent, patres in concilio Africano destrui postulant. Est & de tollendis annonis templorum, l. ult. quas transfet ad milites l. 19. C, Th. cod. tit. Longe igitur est deterior Paganorum conditio, quam Iudeorum, quorum secta legibus prohibita non est: longe deterior quam hæreticorum, quibus omnibus non est propositum

capitale supplicium, sicut Paganis qui exercent sacra sacrilega, l. 1. 2. 7. & ult. & Augustini epis. 48. ubi addit quod etiam ad hunc tit. propriè pertinet, tam Catholicos quam hæreticos, omnes laudate leges ab Imperatoribus datae adversus sacrificia Paganorum. Et sunt Pagani cultores simulachrorum & Dœmonum, qui & gentiles, l. 21. Cod. Theod. eod. l. 46. Cod. Theod. de hær. & Theod. Nov. de Jud. Gentiles à Judæis, quibus non Judæi gentes sunt & barbari. Pagani autem vulgari sermone, ut Orosius ait quasi ex agrestium locorum compitiis & pagis alieni civitate Dei.

## XI Enarratio.

**D**E claudendis fanis.) Principes Christiani Paganorum templa claudi jussierunt, vel dirui De Theodosio & Honorio vide Prosperum de promiss. & præd. Dei parte III. prom. XXXVIII. & quæ diximus ad l. 3. C. Theod. de pagan. vel in alios usus commutarunt. Hæreticorum etiam quasi Ecclesiæ, vel in usus sacros verterunt, vel non receperunt. Avitus Viennensis epist. VI.

Fanis, delubr. templis) Hæc tria conjunguntur in l. ult. C. Th. eod vide quæ diximus in præfat. ejusdem tituli.

Sensu carentia) l. nullus 12. C. Th eod. Laetantius de Orig. error. cap. II. Omni enim sensu carent &c. & lib. VI. 13. si Deorum cultores simulachra insensibilia excolunt. Dixi ad d. leg. 12.

Ornamenta.) Vide dicta à nobis ad l. 15. Cod. eod.

In Concilio Africano.) Can. LVIII. Cod. Ec-

cles. Africanae.

Sacra sacrilega ) Optatus vi. Quis vedit sa-  
cra sacrilega ? Hinc facilegium pro idolola-  
tria apud Sulpitium Severum i. ut ibi observat  
Drusius.

Cultores simul ) Pagani colere simulachra  
dicuntur in l. 6. C. Th. eod. Divus Augustinus  
Retract. lib. 13. cap. xlvi. Deorum falsorum  
multorumque cultores, quos usitato nomine pa-  
ganos vocamus.

Et dæmonum ) Colunt dæmonum simulachra,  
Sulpitius ii.

Qui & Gentiles ) ιθνικοί, Matth. xviii. 17.  
γεντίλιοι, Gentes, Nationes, ἔθνη, Græci, res  
cad. Hinc Gentilitas apud Sulpitium Severum  
de vita sancti Martini sect. iv. & xvi. Cœlius  
Lactantius de Origine erroris cap. xiii. Pri-  
orem esse gentilitatem, quam Dei Religionem.  
Iidem & Pagani. Anna Comnena Alexiados  
libro xiii. Εἴτε τοῦ Χριστιανοῦ γένους εἴτε, εἴτε καὶ  
ἄπορος τῆς ὑμετέρας αὐλῆς, καὶ παγανός ὑμεῖς  
οὐρανίζομεν. Hinc paganitas in l. vlt. C. Theod.  
de spectac. & Græcitas apud interpretem Ire-  
næi lib. ii. cap. xl.

Ut Orosius ait ) Libro i. historiæ.

### XII. De his qui ad ecclesiam confu- giunt vel ibi exclamant.

**P**Osteaquam dixit satis de iis qui alieni sunt  
ab Ecclesiarum Catholicorum privilegiis,  
hæreticis puta & Apostatis & Judæis & Paga-  
nis, quanquam Judæis maneant adhuc sua pri-  
vilegia quædam, redit ad earumdem Ecclesia-

rum privilegia, & exponit unum hoc tit. de Confugis / sic appellantur & in l. si qua per calumniam, sup. de epis. & cl. ) ut præsidium & securitatem Ecclesiæ tribuant his qui ad eas confugerint vexationis evitandæ causa , sive ob reatum , sive ob debita publica vel privata, ita ut inde temerè ab duci nequeant, sed loci reverentia & intercessione defendantur, ut c. eos qui 87. dist. Et quod adjicit aliud pertinet etiam ad Ecclesiarum venerationem, de his qui ibi exclamant ex l. 5. & ult. ut nullus in eis tumultus moveatur, nulla seditio , nulli clamores concitentur suæ vel alienæ rei causa.

### XII. Enarratio.

**P**RIVILEGIA QUÆDAM ] de quibus ad tit. de Ju-  
dæis sup.

De configis ] ut configium. Auctor incertus in vita Ludevici Pii : Ad Imperatorem Ludovicum configium fecit. Glaber Rodulphus in vita sancti Guillelmi cap. i. In quoddam castrum fecisse configium. & in libro i. domni Karoli & Huldovici Augustorum : Si quis ad Ecclesiam configium fecerit. Profert Hincmarus Remensis de divortio Loth. & Terb. respons. ad interrog. xii.

Ut præsidium & securit. ] Ut pagani ad templo configiebant. Ovidius II. de Ponto 2.

*Configit interdum templi violator ad aram,*  
*Nec petere offensi numinis horret opem.*

Achilles Tatius Clitoph. & Leucipp. VIII. *καὶ τοῖς μὴ ποιηγῆσαι τῷ ιερῷ ἀπόλειμ διδόσαντα φυγὴν & ibid. de Diana templo : αὐτῇ μοι τὰς ἐπ' αυτῇ καρφεύγεται ἔξει σωζειν καὶ ταῦτα*

τῷ διηγεῖται γνώσεως: δεδεμένοι δὲ σδένει λέξι-  
νοι οἱ θεοί, καὶ δὲ θραυσταὶ παραποθενταὶ οὐλευθέρωσεν  
τῆς πρωρίας τῷ δυσηχούταν εἰσὶν, καὶ τῷ αἰλού-  
τῶν δῆοι βαρυόι Polyxenus VIII. κατέφυγεν ἵκεπης  
εἰς τὸ ιερὸν τῆς Αθηνᾶς τῆς Χαλκιοίης, ὀθινάποσ-  
πᾶσαν ἕκεκλιπεν καὶ λεῖ θέμεις.

### XIII. De his qui in Ecclesiis manu- mittuntur.

**E**T sequitur aliud privilegium Ecclesiarum & clericorum, cum esset difficile ad Civitatem Romanam pervenire, nec manumissione quacunque eam servi adipisci possent, ut Hermias ait, I. c. 9. πολλῆς δυσχερείας οὐκούς οὐδεὶς τῶι κοτῆσιν τῷ αἰματοφόρῳ ἐλευθερίᾳ οὐ πολτείαν παρακαλεῖται: ut qualiscumque manumissio sufficiat servis cujuscumque ætatis sint, ut I. 2. inf. comm. de manumiss. ad obtainendam plenam & justam libertatem, quæ modo fiat in Ecclesia teste populo & signatore Episcopo. Imo & clericorum servos manumisso quibuscumque verbis quacumque scriptura, quodcumque loco etiam absente Episcopo ad civitatem Romanam perduci placet.

### XIII. Enarratio.

**I**N Ecclesia / Divus Augustinus sermone v.  
lex edictis à Sirmondo: *Servum tuum manu-  
mittendum manu ducis ad Ecclesiam. Fit silen-  
tium. Libellus tuus recitatur, aut fit desideria  
tui persecutio.*

**XIV. De legibus & constitutionibus  
Principum & edictis.**

**S**atis dictum est supra de jure sacro parte iuris publici. Consequens est dicere de reliquo jure publico, quod scilicet consistit in populi, Senatus, Principis, Magistratum Imperio ex quo proficiuntur leges, & constitutiones, & aliæ partes juris civilis. Ac primum quidem in hoc titulo agitur de legibus publicis & generalibus, quæ antiqua sunt iussa populi vel plebis: quales nullæ feruntur hodie populi potestate translata in principem, & consequenter nullæ leges positæ sunt de ambitu, qui ad curam principum pertinet magistratum creatio, non ad populi favorem, l. i. D. ad l. Jul. de amb. l. quidam de re jud. l. 2. de alb. scrib. Quamobrem Constitutiones principum hodie leges constat esse, rescripta dico, subscriptiones, adnotaciones, pragmaticas, decreta, mandata, interlocutiones, orationes, edicta. Et decreta quidem, rescriptaque & interlocutiones leges sunt, si ut Leo ait No. 92. animus principi fuerit, τὸ οὐρανὸν ποιεῖν μηδέπιπτος, ut ait l. 2. princeps censuerit ea, quæ in certis negotiis statuit, similium quoque causarum fata componere; alioqui ut Judicum, ita Principum res judicata aliis non noceret, vel prodeisset. Item si de his Princeps orationem ad Senatum miserit, ut quod sibi placeret S.C. firmaretur, & firmatum sit cuius generis orationes multæ referuntur in libris nostris, & secundum l. 8. hujus tituli si observaretur, leges omnes generales principum Orationes appell-

lari possent : Vel si legem edicti nomine nuncupaverit princeps , cuius nominis vis haec est, ut per omnes populos programmate iudicium in celeberrimis locis veluti in foro , vel in theopropia , vt in scriptoribus sacris legimus, in suggestu illo scilicet & ambone unde Christianis recitatur verbum Dei divulgetur , d.l. 3. quod est antefcrri l. rescriptum , C. Th. de hær. Haec leges principum generales sunt , & omnes populos tenent , paganos & milites l. 3. §. Diuus D. de sep. viol. l. vlt. D. de accus. & homines domus Augustæ , h. 10. hoc tit. & Augustum ipsum atque Augustam , l. 4. vt olim populus quoque suis legibus tenebatur. Omnes autem quæ in corpus iuris referuntur , fere generales sunt , paucæ speciales , sive personales, quæ pertineant ad personas , vel corpora , aut collegia certa , scrinia , officia , civitates , curias , provincias , scholas , quæ etsi non relatæ in corpus juris , nihilominus viam suam & robur obtineant , ut est in Constit. Justiniani de Just. Cod. conf. tamen omnes non tenent , l. 2. hoc tit. & haec differentia legum ut observaretur , ideo saepe monent nos auctores juris quæ sint edictales leges , generales leges , generalia rescripta , l. 1 §. ult. D. de leg. tut. l. quotiens §. sed si non in corpore , de hered. instit. Divi §. ult. ad l. Falc.

#### XIV. Enarratio.

**A** nimus princ. fuerit ) Ipse Cujacius ad §.  
sed & quod principi , Instit. de jure natur. Nec quod cognoscens decrevit , trahitur ad exemplum , quam si animus ei fuerit τὸ κρίνειν , &c.

Senatus cons. firmaretur ] Marcus Imp. apud Justinum Apolog. II. ταῦτα δὲ μάκι τῆς συγκλητου δόγματι καρδιῶν βελοματι, καὶ κολεύω τῷτε μηδέξια γραμματι τῷ φόρῳ τῷ Τερενίους απεθλίων πέποι τὸ διώνειαν αὐτογνωστικοδα.

Veluti in foro) Ut in loco Marci Imp. supra citato.

Vel in theopropria ] Divus Augustinus in epistola clviii. *Quod autem scripsit eximias tua, dubitare te, utrum in theopropria debeas eadem gesta jubere proponi, fiat, si potest illuc frequens consuere multitudo.*

Et ambone ) His quæ dixi in Glossario ad Cedrenum, addē. Ducas historiæ Byzantinæ cap. xl. αὐτέση ὁ κλητής ἵνα ἀμελώσῃ, καὶ ἐδιελάλητε τῷ μαργαρίτῃ πεστευχλώ: vocatus Ambonem ascendit, & diras preces suas recitavit. Joannes Cantacuzenus historiæ libro IV. cap. III. ἐπι τῷ ἀμελώνος αὐτοῖς, ἵνα μᾶλλον δέξαι πανπάν δικυρίον φονή: in ambonem ascendens, quoclarius ab omnibus exaudiretur. Glossarium ineditum: ὄκριθας, ὁ ἀμέλων: Pulpitum, ambo.

Divulgetur ) Differentiam sensus inter divulgata & provulgata, sive promulgata enucleatores verborum hanc voluerunt esse, ut divulgata simpliciter tantum dicantur ad notitiam omnium propalata &c. Hincmarus Remensis Opusculo XXXII. cap. x.

Scrinia ) de sciniis vide Cujacium ad tit. Cod. de palat. sacr. largit.

Omnis non tenent ] Personales sunt & speciales.

## XV. De mandatis principum.

**E**X Constitutionibus specialibus principum sunt privilegia, & decreta interposita in negotio aliquo, ita ut in exemplum non trahantur, l. 2. sup. tit. prox. sunt & mandata, i. præcepta sive monita, quæ certis personis dantur à principe, veluti præsidibus aut procuratoribus, quæ Dio liii. intellexit his verbis, ἐν τοῖς τέ τινας καὶ τοῖς ἀπερόντοις, καὶ τοῖς αὐτοκατάτοις, τοῖς τε αὐτοῖς εγκατηγόροις διδοσιν, οἷως ἐν τοῖς υἱίοις, aut iussiones quæ dantur Comitibus consistorianis vel tribunis, & notariis executoribus imperialium iussionum, vel referendariis palatii preferendæ ad præfides provinciarum, quæ nisi constent ex scripto, nullius momenti sunt, l. 1. præterquam uno casu qui proponitur in l. 2. quam restitui & exposui Obs. XII. c. XXXI. & stultus est, qui pro ea reponuit in hoc titulo Iustiniani No. 17. quæ fuit emissa post editionem Codicis Belisario Consule.

## XV. Enarratio.

**S**unt privilegia] Privilegia sunt, que de una tantum persona concipiuntur in omnia tempora. Duodecim autem tabulæ leges privis, sive singulis hominibus irrogari vetant, sive, ut ait Ulpianus, in l. 8. de legib. jura non in singulas personas, sed generaliter constuantur, Cujacius Observat. xv. 8. Heraclitus in epistola ad Hermodorum: οὐδὲν γαρ νόμος ἐφ' οἷς, ἀλλὰ κρίσις: Proclus in Parmenideum

Platonis: εἰς γαρ ἐνος, αλλὰ πολλῶν οὐαριθέτης οὐκι-  
μεν. & recte Divus Hieronimus in Jonam ca-  
pite i. Privilegia singulorum communem le-  
geni facere non posse.

Præcepta sive non ) Ea Græci vocant πο-  
ειγγέλματα, & υπόθηκοι. Cujacius ad Novell.  
xvii. vide Julianum antec. const. xxi.

In hoc titulo ) In editione Ludovici Cha-  
rondæ.

## XVI. De Senatusconsultis.

**S**equitur alia pars juris civilis, Senatuscon-  
sulta, id est jura quæ Senatus facit, sive de-  
creta amplissimi ordinis, quæ tamen in poste-  
rum fieri vetat Leonis No. 78. tum forte Se-  
natus etiam potestate translata in principem.  
Antiqua tamen Senatusconsulta manent, sicut  
antiquæ leges, &c. ut hic ostenditur, contra ea  
elicta rescripta, veluti contra S. C. Tertyllia-  
num, aut contra S. C. Velleianum, nullius mo-  
menti sunt Imo si observaretur l. 8. supra de  
legib. nulla lex principis generalis valeret sine  
S<sup>o</sup>. quod & Probum constituisse Vopiscus re-  
fert.

## XVI. Enarratio.

**T**um forte Senatus etiam ) Scribit Proco-  
pius in Arcana, Senatus auctoritatem Ju-  
stiniani ævo pene oblitteratam: οὐ μὴ γαρ βελή  
ώσασθε εἰς κόνιην γίγνετο, οὐδὲ τῆς Ψηφίας, εἰδὲ τοῦ κρα-  
λοῦ κυρία οὐσα &c.

Nulla lex Principis gener. &c.) Ex Sym-  
machi ep. xxi. lib. x. constat. Senatusconsul-

ta constitutione Principis confirmari *Supereft*,  
inquit, *ut ea quæ serenitas vestra deliberanda  
legavit, cognito Senatusconsulto lex Augusta  
confirmet, &c.*

- Vopiscus refert ) in Probo.

## XVII. De veteri jure enucleando, & de auctoritate jurisprudentum, qui in Digestis referuntur.

**S**equitur alia pars juris civilis, responsa & interpretationes jurisconsultorum veterum, qui ab Imperatoribus condendi juris, respondendi, scribendi, cavendi, interpretandi potestatem acceperunt: aliorum enim qui candem potestatem non acceperunt, nulla auctoritas est, nec eorum scriptis judices alignantur, cum tamen à supradictorum scriptis recedere non possint, quæ sunt pro parte juris civilis, & eleganter Justinianus dum sibi vindicat Jurisconsultis auctoritatem parem in l. ult. sup. de legibus, nihil tamen se eis derogare ait, quibus hanc facultatem olim dededit majestas imperialis. Jubet autem priori Constitutione tituli hujus in Digestorum L. libros Tribonianum, & antecessores & togatos amplissimæ præfecturæ, quos ille sibi in eo opere confiendo adjutores delegerit, necessaria ut usu recepta quæque conferre ex veterum Jurisconsultorum scriptis, atque ita ius vetus, ut ipse loquitur, purgare & certum finitum constituere, atque incontroversum, quod enucleare dicit, ut Modestinus enucleatos casus, definitos jam & certos. **Jus ergo vetus antiquam Prudenciam Jurisconsul-**

totum vocat. De Institutionibus etiam componendis aliquid aspergit. Posterior Constitutio utraque lingua conscripta enarrat quid quaque parte Digestorum contineatur, & utriusque operi parem atque Codici Constitutionum vim tribuit. nec enim iam diciimus responsa Prudentum, aut S. C. vim legis obtinere, perlatæ scilicet ad populum, sed Imperatore sustinente vicem populi, & sibi soli vindicante auctoritatem condendi & interpretandi iuris, l. 19. pen. & vlt. sup de legibus; diciimus responsa prudentum & S. C. Constitutionum vigorem obtainere. Et quod in hoc titulo additur de auctoritate Iurisprudentum, qui in Digestis referuntur, eo pertinet, quod præcipuè priori Constitutione definitur, ut omnium Iurisprudentum sit eadem auctoritas, nec alter altero potior habeatur, ne Papiniano, puta, Vlpianus, vel Paulus, vel Martianus cedat, abrogata l. 1. C. Th. de resp prud.

## XVII. Enarratio.

**R**Ecedere non possint ) §. responsa 8. Inst.  
de iure nat. & ibi Cuiac.

Et interpretandi iuris ) Goffridus Vindoci-  
nensis epistola xxx. libri ii. *Legumlatores*  
*iure debent esse legum expositores.* Solus etiam  
princeps legum duritiam emendare potest, τὸ  
αὐτῶν δικαίων ἀμελίδετον, Themistius oratio-  
ne v.

## XVIII. De juris & facti ignorantia.

**E**Nnarratis partibus juris civilis, subjicit generalem titulum de Juris & facti ignorantia. Juris enim nomen & leges complectitur & Constitutiones & S. C. & edicta prætorum, vel ædilium, & responsa prudentum, adeo ut & in Cod. Th. l. pen. hujus tit. ponatur sub titulo de Constitutionib. prin. & edictis ac forsitan in hoc possit etiam jus accipi specialiter ex d. l. pen. pro Constitutionibus, vel si quid Constitutionum vim & fidem obtinet. Et juris quidem ignorantia non excusat, ut si nescieris liberis petendam esse bon. possessionem intra annum, si nescieris ex eo testamento legata non deberi quod capitis deminutio testatoris irritum fecit, nisi forte militem, aut minorem XXV. aut rusticum juxta illud Homeri, *οὐ τε δικαστέως εἰδότη, οὐ πεθερίσας* aut mulierem in damnis amittendæ rei suæ, & rectè l. pen. inf. de integr. rest. min. minoribus addideris mulieres ex C. Th. & l. ult. hujus tit. & est etiam utrisque communis hæc vox juris & legum, Deceptis, non decipientibus subveniri, l. 2. §. pen. D. ad Vell. l. i. G. Greg. Si major fuerit prob. Facti, id est rei gestæ error excusat. Jura certa sunt, facta incerta.

## XVIII. Enarratio.

**E**T juris quidem ignor. non exc.) Hincmarus Remensis Opusculo XIV. cap. VIII. Legibus sacris decretum est, ut leges nescire nulli licet, aut quæ sunt statuta contemnere. Cum enim

enim dicitur, nulli liceat leges nescire, vel quæ sunt statuta contemnere, nulla persona in quo-cumque ordine mundano excipitur, quæ hæc sententia non constringatur Vide & Opusc. XLVII. capite XIV. ubi verba legis adfert, & Arriani interpretationem, uti tunc moris erat.

Intra annum JL. 3. h.<sup>3</sup>t. Hodie vero bonorum possessio ascendentium & descendantium extenditur usque ad tricennium, ut scribit Græcus interpres ad l.i. D. de bonor. possess. Confundit jus prætorium cum jure civili. vide titul. xxx. libri vi.

Quod cap. de minimis. ) Intestatus enim decedit is, cuius testamentum irritum factum est, Instit. de heredit. quæ ab int. defer. in princ.

Nisi forte militem ) L.i. h. t. & l. regula 9. §.i. D. eod. cui per constitutiones principales jus ignorare permisum est, l. ult. D. eod.

Aut minorem ) L. II. vide ad titulum XXXII lib. II.

Aut Rusticum ) Rusticus parasitus apud Quintilianum declamatione CCXCVIII. Non ignoro, judices, quamquam non à forensi contentione solum, sed ab universa conversatione longe remotus.

Juxta illud Hom. ) Odyss. ix.

In damnis ) l.II. & l. ult. h. tit. lib. 8. D. eod.

**XIX.** De precibus Imperatori offerendis , & de quibus rebus supplicare liccat.

Persequitur eam partem juris civilis, qua præcipue hic liber constat , quæ conficitur ex Constitutionibus principum . quarum species sunt edicta , rescripta , mandata, l.3. sup. de legib. nam de edictis quidem & mandatis habuimus proprios titulos supra , sed non de rescriptis , de quibus ab hoc titulo tractare incipit : nam preces sunt desideria supplicantium comprehensa libello principi dato , & rescripta sunt responsa principis ad preces. Preces ergo præcedunt , sequuntur rescripta , subscriptio-nes, adnotationes, & ideo de precibus primum agit. Sed quidquid constituitur de precibus, idem obtinet etiam in rescriptis: nam quod precibus oblatis postulari non debet , nec im-petrari rescripto, aut certe impetratum non valet. Idem è contrario si quid postulari possit. Ut ecce, non potest creditor postulare, ne debitor utatur exceptione peremptoria , l. 2. & con-demnatus aliquis non potest iterum supplicare adversus sententiam præfecti prætorio , l.5. Se-mel supplicare potest , semel ex rescripto prin-cipis iterari & retractari judicium , l. 1. inf. de sent. præf. præt. l.1. C. Th. de off. præf. præt. & judicium sane • criminale iterari frequens erat ut historia sacra Seu. docet , & l. 2. inf. de cus. reor. Item non possunt postulari , quæ sunt damnosa fisco , aut juri contraria in damnum alterius, l.3 ergo & rescripta ad hæc impetrata non valent. At contra postulare & impetrare

licet, ne debitor utatur exceptione dilatoria, d. l. 2. l. 3. §. si is pro quo, D. quod quis jur. & oblata satisfactione ut prorogetur tempus solvendæ pecuniæ, l. 4. & rescripta igitur hujusmodi valent. Etiam illud hoc titulo ostenditur, offerri preces recte per servum alieno nomine, vel etiam suo nomine justa ex causa, l. 1. & 6. & non tam esse necessarium precibus inseri exempla instrumentorum, de quibus agitur, ut l. int. responsum, inf. de trans. quam vim & mentem, & verba ipsa propriè de quibus ambigitur, l. ult. hoc tit. l. verbum inf. de causis ex quibus inf.

## XIX. Enarratio.

**L.** 2 ) In qua legendum, remittitur, ex veteri & Basilic. μονη τὸν τεμπορεῖαν αὐτοῖς παρεγγέλλει, & veteres interpretes hanc lectio- nem sequuntur, Odofredus, Fulgosius, &c. alii.

L. 5 ) In qua legendum, denuo, ut in veteri Menagii, & in Basilicis, παλιν.

Retractari iudic.) Vide ad titulum XLII libri VII.

Ut historia sacra Seu.) Libro II.

In damnum alterius) Valent si alterum non laedant, & alteri prosint, l. 7.

Suonomine) διάκονος, per se, in Basilicis.

De quibus ambigitur) καὶ βασιλικῆς ἐργασίας δοκύωσι: quæque indigent principis interpre- tatione, ut est in Basilicis.

**XX. Quando libellus principi datus  
litis contestationem facit.**

**H**ic etiam titulus est de precibus ad quas rescripsit princeps. ergo & de rescriptis. & hoc vult, libellum precum principi datum pro litis contestatione haberi, si modo ad eum rescripsiterit princeps: inanis enim est libellus sine rescripto. Rescripto concedi jus contestationis, l. illam inf. de donat. Non habetur pro vocatione in jus in edicto de in jus vocando, nec pro accusatione in S. C. Turpiliano, & tamen in causa præscriptionum habetur pro litis contestatione, in hoc scilicet ut datione libelli, & rescriptio perinde atque litis contestatione actiones tempore perituræ in tutum redigantur, ut loquitur l. ordinata, D. de lib. cau. & perpetuentur, atque adeo dentur heredi, & in heredem, quod non ita obtinet libello dato præf. prætorio, l. i. inf. de off. præf. præter. Or. & multo minus libello porrecto aliis magistratibus, vel judicibus, ac rursus de dato principi quod diximus, id Justinianus vult tantum pertinere ad actiones prætorias annales, non ad eas, quæ longiori tempore perimuntur, l. 2. hoc titulo, l. 3. inf. de præs. 30. ann. Quando igitur libellus principi datus litis contestationem faciat, si quereras, dicam quando actio est præatoria annalis, non quando est civilis, nec offendar l. 2. inf. de an. exc. quæ non de libello precum loquitur oblato principi, sed de libello tantum querelæ & protestationis, qui tunc offertur præsidi, cum nemo est qui coveniri & interpellari possit, & pro litis con-



XX. Enarratio,

**E**T rescriptuione j. L. 2. in qua non recte Ba-  
silica prætermiserunt, quod de rescriptio-  
ne principis ibi dicitur.

XXI. Ut lite pendente, vel post pro-  
vocationem, aut definitivam sen-  
tentiam nulli liceat Imperatori sup-  
plicare.

**S**atis fuisset dicere, ut lite pendente, vel post  
definitivam sententiam nulli liceat Impera-  
tori supplicare: nam post interpositam pro-  
vocationem satis prohibetur, qui lite penden-  
te supplicare prohibetur, ac similiter post o-  
missam provocationem, qui post definitivam  
sententiam, ut brevior summa hæc sit, ne lite  
pendente de re, qua de agitur, quidquam sup-  
plicare liceat, ut No. 82. & 113. sed expectetur  
sententia judicis, apud quem litigetur: & ut  
definitiva sententia, quæ non est appellazione  
rescissæ, rescripto non rescindatur, aut retrah-  
etur, etiamsi preces oblatæ principi fuerint  
ante definitivam sententiam: nam et si quan-  
do appellare non possum, supplicare possim,  
velut contra sententiam præf. præt. non tamen  
ubi appellare possum, nec appello intra tempo-  
ra constituta, postea licet mihi supplicare, aut  
quod supplicavi ante, de eo rescriptum impe-  
trare: quia sententiæ semel adquievi Docuit

tit. 19. quæ non liceat supplicare, hoc vero docet, quo tempore non liceat.

## XXI. Enarratio.

**L**icet mihi supplicare ) L. 2. in qua libri vet.  
habent, per sup. tentet auxilium, quam lectionem sequuntur veteres interpretes.

Aut quod supplicavi ante ) d.l. 2. ibi, terminatam rescripto, vel consultatione quæstionem exquisito suffragio refricare conabitur. quæ Basilica sic interpretantur : τίνεις αὐτούς γερῆς, οὐ τίνεις πάρη σωματείως αρχότων τινάγεισαι δικίως διέτελες αὐτούς γερῆς αἰτεῖσθαι : licet rescripto terminatam, vel consultatione magistratum alio rescripto evertere. Et ita Fulgosius heic, suffragio scilicet rescripti alterius. Notandum præterea est, in d.l. vocem, commitmentum, abesse à libris vett. quam nec Græci agnoscunt, qui & pronuntiationem interpretantur διαλεξίαι, interlocutionem.

## XXII. Si contra jus, vel utilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquid postulatum, vel Imperatum.

**R**epetitur in hoc titulo l. ult. quod satis, ut arbitror, fuerat expositum tit. 19. non valere preces, aut rescripta contraria juri, vel utilitati publicæ, quia haud dubie subreptionem arguit impetrantis, ut l. 10. sup. de sacr. Eccles. l. 1. sup. de S.C. l. 47. C.Thad: hær. & Nos. Valentiniabi: In damnum publicum non

valere rescripta. Sed adjicitur, ne etiam preces mendaces, aut per eas elicita rescripta recipiantur, quod quidem mendacii crimen est falso proximum, l. si quis obrepserit, D. ad l. Cor. de fal. & recte Augustinus in Joannem: Juris esse forensis, ut qui in precibus mentitus fuerit, non illi prospicit quod impetravit. Iudex tamen rescripto datus, judex manet, etiam si preces ad quas rescribens Imperator judicem dedit, subreptitiæ & mendaces sint. Judicis ratio valet, impetratio valet, non est ergo rescriptum omni ex parte inutile atque vitiosum. Sed de hac re aliter distinguitur in C. super literis, de rescr.

## XXII. Enarratio.

**R**escripta contraria juri) Facundus Hermianensis lib. II. cap. I. Nam si legibus vestris bene atque utiliter censuisti, ut quemque vestra rescripta contra ipsas, quas promulgasti leges, in quibus vobis deservitur, & quas vobis infringere licet, per subrepitionem fuerint elicita, vacuentur, nec dicantur a vobis data, quæ generalibus constitutionibus vestris inveniuntur adversa &c. Fulbertus Carnotensis epistola IX. De violentia hujusmodi Constantinus A. talem contra se, & contra alios principes sententiam dedit. Quæcumque, inquit, contrà leges fuerint a Principibus obtenta non valeant. Vide ejusdem Fulberti epistolam cxxxI.

In Joannem / Tractatu VII.

Judex manet) L. 2. Placentinus existimat, datum judicem cognoscere de veritate

precum, non de causa principali. Joannes & Azo contra, ut refert Joannes Faber. heic Fulgosiū etiam Placentini sententiam non probat, & judicem de negotio principali sententiā laturum arbitratur.

### **X X I I I.** De diversis rescriptis & pragmaticis sanctionibus

**D**E precibus supplicantium egit principaliiter superioribus titulis quatuor, nunc agit de rescriptis principiū, veluti de his quæ duobus supplicantibus in causa communi diriguntur ad unum tantum, ut profint utrique l.i. de his que ad jus pertinent, ut sint perpetua, nec anno finiantur l.2.& l.ult. C.Th. eod. Jure veteri annalia fuisse videntur, quod nos sequimur ex c. plerumque de resc. Item de ipsis authenticis rescriptis judicibus insinuandis, non exemplis l. 3.& de his quæ sunt sine die & Consule l. 4. ut non valeant, si sint beneficia personalia, idemque de ordinationibus Episcoporum cautum est in Concilio Milevitano. Nam generalia rescripta, quæ modo relata sunt in corpus juris valent, etiamsi diem vel Consulem adscriptum non habeant, ut constat ex Constitutionibus Justiniani de novo Cod. fac. & de Justin. Cod. conf. Divus Augustinus in collatione tertii diei cum Donatistis: Evidētissimis legibus definitum esse, Imperialia constituta, etiam si Coll. non legerentur, in dubium non vocari. Item de hisdem beneficiis principiū, l.5.precibus extortis, veluti tribunatu militari, centurionatu, præpositura, præfectura, primatu numeri: quæ & Cicero &

Suetonius & Lampridius beneficia vocant ad  
xerarium delata, &, ut Hygenus ait, adscripta  
in librum beneficiorum, ut hæc scilicet bene-  
ficia promotiones à judicibus non rejiciantur, aut contemnuntur. Item l.6. de rescriptis  
quæ non sunt subscripta encauto sacro & ma-  
nu principis, ut non valeant. Encauto scribo,  
non encausto, quia sic omnibus locis scriptum  
inveni, atque etiam in glossis encautum, ~~κεραυνού~~. Et ait, Diversis: nam ex his alia  
jus faciunt, alia non faciunt, alia sunt perso-  
nalium, alia generalia, alia perpetua, alia tem-  
poraria, alia valent, alia non valent, alia ad no-  
tationes, & subscriptiones ad libellum breves,  
l.1.sup.de prec. Imp. off. alia epistolæ, l.12. C.  
Th.de Ep. & cl. alia pragmaticæ jussiones, sive  
sanctiones, quibus scilicet tractatu & consilio  
adhibito princeps diligentius diffusiusque re-  
spondet ad preces, relationem vel suggestio-  
nem judicum, vel aliorum, & aliis quidem  
rescriptis preces inseruntur, non pragmaticis.  
Augustinus in collatione supradicta: In prag-  
matico rescripto preces inseri non solere. De  
omnibus autem rescriptis etiam illud genera-  
liter, constituitur l. ult. ut non aliter valeant,  
quod tamen jus pontificium non probat, quām  
si hæc sit eis injecta clausula, si qui rescriptum  
impetravit, docuerit esse vera omnia ea quæ  
contulit in preces, quæ & aliis verbis varie  
solet inseri. Si ita res habet; ut à presentibus sup-  
plicatur: Si preces veritate nitantur: Si desi-  
deria petitorum veritate subsistunt: Si veram  
cognoscis esse querimoniam supplicantis. Si  
vera est fides suggestentis. Denique ut judici  
cui rescriptum insinuatur, ptima hæc sit cura

de veritate & fide precum. Et specialiter de pragmaticis iussionibus ne fiant ad preces singulorum in privatis causis, sed in publicis ad preces civitatum, vel provinciarum, vel scriitorum, vel officiorum, vel cuiuscunq[ue] corporis, aut universitatis. Fiunt tamen saepe ad relationem vel suggestionem judicium.

### XXIII. Enarratio.

**N**on exemplis ] Lex 3. ita legitur in vett. codd. & ex nostra manu subsc. quam lectionem sequuntur Basilica. In codice autem qui Cujacii fuisse dicitur, annotatum erat, in v. cod. legi, ve ex nostra: ut eadem auctoritate censeantur rescripta, quæ manu Principis subscripta sunt, quæ una tincta subscriptionis ut loquitur Lucifer Caralitanus in libello moriendum esse pro Dei Filio, id est una subscripta munita sunt, qua authentica. Atqui authenticata ipsa non valent, nisi sint subscripta manu principis, l. 6. Itaque nihil temere mutandum in d.l. 3.

Si sint ben. pers. ] Quia non valent nisi intra annum, l. 2. & ult. C. Theod. cod.

In Concilio Milevit. ) Canone LVI.

Quæ & Cicero ] Libro v. epistolar. ad famil. 20. ad Messin. Rufum, & in ea pro Archia,

Suetonius ] Tiberii capite XII.

Lampridius ] In Alexandro Severo.

Hygenius de limitibus constituendis.

Aut contemnuntur ] Sacrilegii instar est, divinis sup. quibus ad. vel dig. prom. obu. b. Sic legitur in vet. Menegii & Brodxi. Vegetius in Prologo libri II. Tanti Imperatoris non obe-

*dire mandatis, plenum sacrilegii videbatur atque periculi.*

Encauto sacro ] Excerpta ex. vett. glossis quæ habeo, *sepiam incaustum*. Persius : *vaneſcat ſe- pia lymphæ*. In libro etiam Notarum *incauſtum* legitur, & apud Stephanum Tornac. ep. LXXXIII.

Encausto scribo ] In libro Ægidii Menagii & Juliani Brodæi, encausto legitur. In Basili- cis calamo exaratis scriptum potius videtur. cūnguſtūs quam cūnauſtūs

Jus Pontificium ] In capite II. ext. de reſcript.

## XXVI. De statuīs & imaginib⁹.

Inter beneficia principalia, quæ refcriptis principum ad postulationem civitatum vel aliorum corporum certis personis dantur de rep. vel de suo corpore sive collegio bene me- ritis, sunt statuæ & imagines *ad ephoria, ar- tessoixiawres, l. i. & ult. hujus tit.* Sed & de ipsorum principum statuīs & imaginib⁹ in civitate statuendis in ornamentum civitatis necesse era- rat à principibus concedi beneficium, l. 26. sup. de epis. aud. quod proprium esse Romano- rum ut adflectarent Nazianzenus scribit *synag- à. τοιαν απεδαχοντεναν εκοπι δημοσιας θεωρη- τας βαπτιζεοντας.* Sed ab his rectissime l. 2. au- fert omne fastigium adorationis, quod sole- rent olim, ut Ambrosius ait VI. Hex. sola ære fusa principum capita & ducti vultus de ære vel marmore adorati. Et recte Tiberius aucto- re Setonio, qui eas inter ornamenta domo- rum, non inter simulacra D̄ecorum ponivit

## XXIV. Enarratio

**S**TATUÆ & IMAGINES) IMAGINES SEPARANTUR A STATUIS. Suetonius Tiberii cap. xxvi. *Etiā statuas atque imagines nisi permittente se poni Minutiū Felix in Octavio. Sub statuis & imaginibus consecratis delitescunt. Statuæ æreæ vel marmoreæ, imagines cereæ. Salustius in Lugurthino, Plinius libro xxxv. cap. ii. Vide ad leg. i. inf. publ. læt. vel cons. &c.*

Omne fastigium adorationis, j. Cyrillus Hierosolimit. catech. XII. εἰναὶ ξυλινὲ ποιεῖσθαι λέως τιμᾶται. *imago lignea terreni regis honoretur. Sed citra adorationem Ιωσήου γαρ ἦ-  
πωτο τύπος γὰρ ιωνὸς αὐτὸς καὶ ἐγέλων διάδη-  
τον καὶ ραῶς αὐτὸς ἐπεγένεν καὶ βαμβᾶς, καὶ διοίας,* ut ait Chrysostomus, homilia II. in epistolam Divi Pauli ad Rom. *Romanī enim Imperatores suos diis pares opinabantur, quos etiam eo no-  
mine vocabant, ideoque templis & aris, & sa-  
crificiis eos colebant.*

Auctore Suetonio j. d. xxvi.

XXV. De his qui ad statuas con-  
fugiunt

**H**ic etiam titulus est de statuis principum Iuæ perinde atque Ecclesiæ suam confugiis securitatem præbent, l. capitalium. §. ad statuas, D. de poen. l. quis sit §. apud, D. de ædil. ed. & eleganter Theodosius & Valentianus Impp. βαμβὰν σωτικῆς, καὶ εἰ τοῖς οὐ μετεργίσασθαι μαστιχῆς αρχαῖς την αὐτὴν. De Ecclesiis dixerunt βαμβὰν εἰλές l. ult. sup. de his qui ad eccl.

conf. & latine / fuit enim utraque lingua conscripta ) aram salutis , quia nihil interest aram salutis dixeris , an aram misericordiae . Ex igitur sunt nobis duæ aræ misericordiae sive salutis . de ea quæ fuit Athenis Theophilus in § . jus civile , De ju . nat . & alii plerique auctores .

## XXV. Enarratio.

**C**onfugis securitatem præbent ) Dio Chrysostomus orat . xxxi . ὅτοι μηδὲ τὰς προκεν δέχεται ταῖς , εἰ αὐτῷ προταφύγοσιν , εἴ τοι εἶσιν αἰδινοῖς : ubi nec eos qui scelus aliquod ad miserint , si eo confugiant , lædere moris est , Sanctus Chrysostomus ferm . xlvi . οὐδὲ τοῖς πόσοι τῷ εἰπορεαζομένον εἴσι αὐτὸν πάντων προτεφύγον πόδας : Nonne vides quam multi eorum qui injuriis affecti sunt , ad statuarum pedes confugiant ? Procopius Gazæus in Exodus : Quemadmodum Imperioriæ statuæ , quamvis sint inanimatæ , eos qui ad ipsas confugiunt , servare solent .

**Quæ** fuit Athenis ) Sextus Empiricus adversus Mathemat . παρεῖται Αἰθιοῖς γεννὴ εἰλές βαρυοτήτες εἰσιν . Eumenius in orat . pro restaur . schoulis : Inde est , quod Atheniensis humanitas aram Misericordiae instituerint , τὸν βαρυὸν τῆς θεᾶς , simpliciter appellat Heraclides Ponticus . Vide ad Theop .

**XXVI.** De officio præfectorum prætorio Orientis & Illyrici.

*V. tit. II. lib. ff.*

CUM ex partibus juris civilis residerent adhuc magistratum edicta, formæ, dispositiones, quæ non minorem obtinent juris auctoritatem quam leges, S. C. responsa prudentum, constitutiones, edicta, mandata, rescripta principum, ideo & hujus partis explicandæ causa de magistratibus dicere instituit. Ex his sunt præfecti prætorio, qui suminam obtinent & omnem judiciorum potestatem, omnium honorum apicem, ut Amm. Marcellinus ait, cum & patres dicerentur imperii, & patres provinciarum, auctore Cassiodoro VI. & VIII. & XI. & plenissimum imperium etiam in senatores, licet ipsi ante Alexandri constitutionem non fuerint senatores, sed equites Romani, ut Lampridius scribit in Alexandro & in Commodo, & Capitolinus in Peccinace, & Suetoni<sup>o</sup> in Tito, ipso solo Tito excepto, quem pater præfec. prætorio fecit, unde huic honori decus primum. Primiæ igitur & summæ potestati, quæ & αρχὴ δευτέρας καὶ ταῖσκοντιπα à Zosimo dicitur, merito datur titulus primus. Fuerre autem sub Imperio Justiniani duo in urbe præfecti prætorio Orientis, I. raptores, sup. de ep. & cl. & sub eorum cura diœceses quinque Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia, & cujusque diœcœsos provinciæ variæ. Sub dispositione præsidum singulorum erant provinciæ singulæ. Sub dispositione præf. præt.

diœceses, id est universitas quædam provin-  
ciarum. Fuit & ali us præf. prætorio Illyrici, &  
sub ejus dispositione diœceses duæ, Macedo-  
nia & Dacia. Joannes, ad quem mittuntur res-  
ponsa non tantum ad Orientalem, sed etiam  
ad Illyricianam advocationem, videtur Orien-  
tis & Illyrici præf. prætorio fuisse. & ad hos  
quidem præfectos respiciunt constitutiones  
hujus tituli, ut formæ & edicta eorum genera-  
lia vim legis obtineant, l. 2. hoc. tit. l. 27. inf.  
de fidejuss. & ut sub cura & jurisdictione eo-  
rum sint præsides provinciarum, ut l. ne quis  
inf. de decur. adeo ut promovere eos possint, l.  
9. inf. de adu. diu. jud. l. ult. inf. ad leg. Jul.  
rep. & removere atque in locum eorum alios  
substituere, & de criminibus eorum cognos-  
cere, l. 3. hoc tit. Cassiodorus de præf. præto-  
rio: Delicta provinciarum judicum punit. Et  
vero si diœceses sub cura sunt prælectorum  
prætorio, & provinciæ diœcesum singulæ igi-  
tur, sicut sub cura præsidis provinciæ sunt sin-  
gulæ civitates ejus provinciæ, l. pen. D. ad  
munic. l. cum unus §. pen. D. de reb. auet. iud.  
poss. l. 7. D. de interd. & rel. Mamertinus in  
Panegyrico Juliani: cum me prætoriis præfe-  
cisti, provincias de te egregie meritas meæ fi-  
dei tutclæque mandasti. Alia præf. præt pri-  
vilegia sunt in l. 1. inf. de sent. præf. præt. & l.  
a. inf. de sent. ex per recit..

## XXVI. Enarratio.

**F**ormæ / Formæ eparchica prælectorum  
prætorio. vide Cujacium Observat. vi. 10.  
Præfecti prætorio / in annis uirginis, Pro-

copius, ἐπαρχοὶ τῆς βασιλείης αὐλῆς, Eunapius in Ædesio, Maximo, Proæresio, & Libanio.

*Qui summam obtinent*] Symmachus in epistola ad Ausonium PP. Potiris merito *summa judicii*. Imperator Constantinus Ablavio PP. *Qui judiciorum summam tenetis* Constitutio extat in Appendice Cod. Theod. num. I. v. C. ad l. xl. C. de decur.

*Ut Ammian. Marcell.*] Lib. xxi.

Auct. Cass.) Lib. vi. 3. libro VIII. 20. lib. xi. 8.

Equites Rom.) Plin. in præfat. Historiæ: *Et quod bis nobilius fecisti, dum illud patri pariter & equestri ordini præstas præfectus prætorio ejus.*

*In Tito*] capite vi.

Ipso solo Tito] Ante Titum Arretinus Clemens, quanquam Senatorii ordinis, Prætorianus præpositus, ut scribit Tacitus Hist. IV. cap. lxviii.

Primæ igitur & summæ potest) *Quæ κορυφαῖα αρχὴ*, Evagrio lib. III. cap. xlii.

A Zosimo) Libro II. Socrates hist. II. δευτέρῃ ἡ καὶ βασιλεία χρηματίζουσι. Libanius οὐκ αἴπλιστας: *ὑπαρχοὺς μηδενὸς οὐτού, η̄ μόνος τὰ τὸ σκῆπτρον ἔχοντος*. Eunapius in Proæresio: *οὐδὲν καὶ εἰς τὸν ἐπαρχον τῆς αὐλῆς οὐλασεν, η̄ δὲ αρχὴ βασιλεία εἰσὶν αὐτορεφεντος, τὸ γδὲ καλεσθέντον Ιλιουεκὸν ιπετέρεστο*: Prudentius in proœmio **Cathem.** Tandem militiæ gradu evectum pietas Principis extulit, Assumptum proprius stare jubens ordine proximo.

Præfecti prætorio Orientis] Theodoretus in religiosa hist. cap. II. Καὶ τὸ αὐτὸν, μεγίστῳ αρχῇ εἰκεχειρομένος, καὶ τῆς ἑω τὰ πυδάλια κα-

*τέχον πεπισευμένος.*

Sub dispositione præf. præt. ) Huic convenit, quod idem Theodoretus scribit : τόις πρεσβόνων αρχιταρηταῖς καταλαβεῖν, αρχοτεῖς πλειστονοις ἐθναις περισσατεύοντος, Divus Hieronymus in epistolam ad Ephes. cap. i. Quod præfectus (prætorio] in parte civili, judices, provincias & ordinem suum habeat.

Diœceses ] Theodorus Balsamo ; διοίκησιν interpretatur τὸν πολὺς ἐπαρχίας ἔχονταν εὐτῆς, l. i. inf. ut omnes judic. l. 3. C. Theod. de equor. collat. & tit. prox. inf.

Præfectus præt. Illyrici ) Leo i. in epistola lxxxiv. c. i. ad Anastas. Thessalon. Episc. Illyricy præfecturam & sublimissimam inter mundanos apices potestatem. Vide Eunapii locum sup.

Illyrici ) Ιλλυρικόν ἐστι τὰ ἔχαστα τῆς νῦν ὀνομαζομένης Βαλγαρίας. Occumenius in epistolam P. ad Rom.

Cassiodorus ) vi. 3.

## XXVII. De officio præfecti prætorio africæ & omni ejusdein diœceſeos statu.

Fuit etiam ætate Justiniani aliis præf. prætorio Africæ, quem ipse constituit post multos annos Africa Vandalis liberata & restituta Romano Imperio. Et sub ejus dispositione provinciæ septem Zeugitana. Tripolis, Numidia, Mauritania, & quæ propriè dicitur Africa sive proconsularis provincia Carthago, Sardinia insula & Byzacium, quæ cor-

rupte Sex. Russo Hieratium, putant plerique & corrupte appellari Byzantium, quos refellit Eustatius in Dionysium. Septem provincias facit Justinianus, alii sex tantum confusa Zeugitana, & Carthaginensi. Singulis autem provinciis septem idem Justinianus suos constituit rectores, i.e., consulares vel praefedes, consulares Zeugitanæ, Carthagini, Tripoli, Byzacio, & ad consularem Byzacii scripta est l. i. inf. de off. com. rer. pr. praefides autem ceteris. constituit & duces militares provinciis quinque Tripoli, Byzacio, Numidiæ, Mauritaniciæ, Sardiniciæ, simul ac definit quid hi omnes pro codicillis dignitatis suæ inferre debeant scriniis sacri laterculi sive pallatii, aut pro insinuatione codicillorum scriniis & officiis praefecti præt. praefides provinciarum, vel scriniis magistri militum duces militares, & quæ commoda vel stipienda de publico ferant ipsi vel præf. prætorio, vel homines eorum, sciniarii, cohortales. Sed & hominum numerum statuit, & suam praefecto præt. ac cuique duci sedem, & alia pleraque de constitutendis militibus limitaneis, & de disciplina militari. denique de omni statu ejus diœcœs eos divisæ, sicut dixi, in provincias septem. Fuit & saeculo Justiniani quodam tempore præf. prætorio Italiciæ, de quo Nou. lxix. & lxx.

## X X V I I . Enarratio.

**P**roconsularis prou. Carth. ) Rutilius Itiner. i.

*Rex erat ante puer populos proconsule Pænos  
Salvianus vii. de Gubern. D. de Carthagine;*

Ilic honor proconsularis, illuc quotidianus iudex & rector, quantum ad nomen quidem proconsul, sed quantum ad potentiam, consul.

XXVIII. De officio præfecti urbi,

V. tit. 12. lib. 1. ff.

Sequuntur tituli de officio præf. urbi: & de officio magistri militum, quia potestates sunt præf. prætorianæ pares, l. 1. inf. de præf. præt. sive verb. germanæ potestates, l. adlocatos, inf. de advoc. diu. jud. licet in Senatus concessu præf. urbi ceteris omnibus præferatur, quasi prætorio cedente urbi, amplius quoque & speciosus urbis est nomen, l. 3. hoc tit. Nou. 62. Sicut princeps Senatus olim fuit in Senatu dignitate, non potestate major. Hic est ad quem custodia & cura urbis regiæ totius spectat, & quicquid intra centesimum lapidem admittitur, ultra centesimum præf. prætorio cognitio est. Hic ad quem spectat cura annonæ, cura excubiarum, cura corpororum, veluti pistorum, suariorum, boariorum, pecuariorum, qui in certum corpus coacti, & ei corpori quasi servitute quadam obstricti sunt in perpetuum, & cura thermarum, cura vernalium rerum, cura spectaculorum ac popularium sive factionum, Venetæ, Præsinæ Albatæ, Russatæ, qua de causa Capitolinus in Pertinace dixit, præf. urbi cum omnibus participasse sermonem. Idem quoque præf. urbi dicitur vice sacra judicare sicut præf. prætorio, l. II. 16. 18. 61. C. Th. de appell. l. 2. C. Th. de pac. Et hunc magistratum instituisse Augustum Suetonius auctor est, & Victor Aurelius.

## XXVIII. Enarratio.

**D**E Officio præf. urbi ) Vetus lapis : **S E C U N D O V R B I P R A E F E C T O.** Cle-  
donius tamen in Arte, Præfectus urbis, inquit,  
rationabilius dicitur, quam præfectus urbi, quia  
nomen est dignitatis, non participium: hoc enim  
est præfectus, quem Græci ὑπαρχον dicunt, ut  
videatur præire omnes: non ex eo quod præfec-  
tus sit civitati. Vide inf. tit. xliii.

Præfectus urbi ) ο της πόλεως ἐπιτελευμένος,  
Lucianus de morte Peregrini. Nicetæ ἑπαρ-  
χος τῆς βασιλίδος πόλεως: ἑπαρχος τῆς πόλεως, Ni-  
cephoro Calisto ix. 9. Galenus i. αὐτοὶ εὐχ-  
έπαρχοι τῆς παραιων πόλεως καὶ δογῆς τὰ πάντα  
πρωτινούτος, quem Theophanes, ὑπαρχον vocat,  
& alii. unde constat, quanti faciendum sit dis-  
crimen inter ἑπαρχον & ὑπαρχον quod ad fert  
Matthæus Blastares: ὑπαρχοι λέγεται οι το ε-  
παρχῶν εξαρχούτες ἑπαρχος δὲ ο τῆς Κωνσταντινού-  
πόλεως de quo etiam alibi dixi.

Cæteris omnibus præf. Julianus in epit. No-  
vellæ lxii. urbicaria præfetura omnibus aliis  
præfideot dignitatib. i, antefcedeat.

Cæteris omnibus præfer. ) Vide Cujacium  
ad leg. i. inf. de dignitat. & Sirmondum ad Si-  
donium lib. i. epist. 9.

Hic est ad quem custodia ) Statius Papinius  
Soteriis pro Rutilio Gallico lib. i. Sylvat.

Quem penes intrepidæ mitis custodia Roma.

Et quicquid intra centes. lap. admitt. ) L. i. §.  
i. D. cod. Dio libro lii. μέχει πεντηκοντα καὶ εξ-  
ακοντιων σαδιῶν. Cassiodorus vi. 4. Ditioni tuæ  
non solum Roma commissa est ( quamvis in illa

contineantur universa ) verum etiam intra centesimum milliarium potestatem te pretendere, antiqua jura voluerunt. Vide Cypriani epist. lxxxii. Symmachi epist. cxxiii. libro ix. Sed & idem scribit ad praefecturam urbanam civiliū rerum suminām pertinere, epist. xxx. libri x.

Hic ad quem spectat cura annonæ ) L. i. hoc t. sub dispositione præf. urbi erat præfetus annonæ, ut est in Notitia dignitatum. Vide Zonar. in Theoph.

Cura excubiarum ) Urbanæ cohortes, quibus urbis custodia commissa erat, excubias agebant. eis præerat præfetus urbi, sub cuius dispositione erat præfetus vigilum, in d. Notitia Urbanicianos milites Græci ἀστικοὶ appellant. Basilius Seleuciae i. de vita S. Theclæ: σπανίωνς ἔγραψεν λέγειν αὐτοὺς.

Cura corporatorum ) L. pen. hoc tit. de corporatis, vide Cujacium ad tit. de navicul. l. 6. & ad titul. de privileg. corporat. urb. Rom. libro xi.

Veluti pistorum ] de his vide infra tit. xvi. lib. xi.

Suariorum ) Suarii sunt χοιρεμπόροι in Basilic.

Porcinarii in l. i. inf. de suar. ) Forum suarium, d. l. i. §. 5. sub dispositione præfetti urbi tribunus fori suarii, in Notitia.

Boariorum ) Negotiatores boarii, in veteri inscriptio.

Pecuariorum ) Qui pecuariam negotiacionem exercebant. Junius Columella viii. de re R. cap.

Thermarum ) Cassiodorus vi. 4. in form.

prefecturæ vrb. H abes copioſe unde tibi gratiam tantæ civitatis acquiras : si merces diversæ ſub nulla uenalitate vendantur : si exhibitiō ſalubriter accenſa thermarum , rapinarum ar- doribus non tepeſcat

Cura uenaliū rerum. ) Cura carnis omnis , ut juſto juſto pretio präbeatur , d. §. 5. Cenſores à Cæſare creatos qui ſtatuerent pretia re- ruin uenaliū ſcribit Apianus. Julianus in Misopog. ſcribit ſe rei cuique modicum pre- trium ſtatuiſſe.

Cura ſpectacul. & pop. ] d. l. §. quies quo- que Cujacius populates ibi accipit pro factio- nibus , & ad hos populares pertinere videtur Tertulian. locus in libro de ſpectaculis capite III. Nam apud ſpectacula & in via ſtatur. Vias enim vocant , & cardines balteorum per ambitum , & diſcrimina popularium per pro- clivium. Vide Cassiodorum lib. I. 32. In veteri Glosſario Latinogræco populares exponun- tur ſequuntur. Vetus Juvenalis Scholiaſtes ad vers. II. Sat. VII. Popularibus , armatis militi- bus. Caſaubonus autem apud Capitolinum in Marco Antonio , & in d. §. 6. populares accipit . pro turba populi.

Dicitur vice ſacra judic. ) Vetus inscripſio :

CASTALIUS INNO

CENTIUS AUDAX: V. G.

PRAEFFECTUS URBIS

VICE SACRA JUDICANS, &c.

Alia : CÆCINA DECIUS ALEINUS.

v. C. PRAEFFECTUS URBI VICESACRA

JUDICANS. Alia : PRAEF. URBI ELE-

CTUS. AD COGNOSCENDAS VICE

CÆSARIIS COGNITIONES.

sicut præf. præt. ) Cassiodorus vi. 3. Potesta-  
te igitur nulla dignitas est æqualis: vice sacra  
ubique judicat. Vide Cujacum Observ. lib.  
xvi. 2.

Suetonius auctor est. ] Augusti cap. xxxvii.

Et Victor Auxelius Ineditus opinor, qui pe-  
nes Cujacum fuit, cujusque auctoritate inter-  
dum ipse utitur.

## XXIX. De officio magistri militum.

**Q**Ue potestas est præf. pretorio in privatos  
& in præsides provinciarum, eadem est  
magistri militum sive equitum sive peditum, si-  
ve utriusque militiæ in milites, & in duces vel  
comites militares singularum provinciarum,  
& inter privatum actorem & reum militarem,  
l. pen. inf. de jud. l. pen. inf. de jurisd. ut è  
contrario præf. prætorio vel alterius civilis ma-  
gistratus inter militatem actorem & privatum  
reum, ut olim prætoris urbani inter peregrinum  
actorem & civem reum, prætoris pere-  
grini inter civem actorem & peregrinum  
reum, quia actor sequitur forum rei. Et auto-  
re Zosimo, primus Constantinus magistros  
militum fecit à præf. prætorio in eos translata  
disciplina militari, quæ scilicet olim ad præf.  
prætorio pertinebat, perinde atque annonarum  
erogatio. Sic. præf. prætorio auctoritatem  
etiam imminuit aucto corum numero, & fa-  
ctis patriciis, qui ante nulli fuerant, qui præf.  
prætorio antecederent.

## XXIX. Enarratio.

**E**adem est magistri militum ) Qui *sparth-*  
*λάτης*, à Grecis dicitur Zosimus II. S. Ba-  
 sil. ep. ccclxxiv. Metaphrastes Sept. in Eu-  
 stathio : ἀρχαὶ τοῦ σπαρτιωτῶν εἰσιστέοντο κα-  
 ταλόγων : & mox σπαρτιλάτης τοῦ τοῦ οἰκείου  
 οἴδε γλώσσα παλεῖν. **Glossæ Græcol.** *sparτιλάτης*,  
*magister militum.*

Sive peditum, sive equitum ) Zosimus d. lib.  
 II. II. σπαρτιλάτας νήρασμὸς τὸν μὲν τῆς ἐπιπο-  
 τὸν δὲ τοῦ πεζῶν Pæanius Eutropii metaphr.  
 μενεῖς εἰς τὸν πεζῶν.

Sive utriusque militiæ ) Vetus inscriptio.

**M A G I S T R O U T R I U S Q U E M I L I T I A E.**  
 Εὐαγέρεις διωρίμεος σπαρτιγὸς, Zosimus v. Penes  
 magistros militum totius militiæ magisterium  
 erat.

Ut olim prætoris urb. ) Vide Theophilum  
 nostrum libro i. tit. II. §. VII.

Et auctore Zosimo ) Libro II.

A præf. præt. ) Quem & exercitus duxisse si-  
 gnificat Julius Capitonius in M. Antonino,  
 ubi de Furio Victorino præfecto prætorio.

Perinde atque annonarum.) Cassiod. vi. 3. in  
 form. PP. Palatum sua provisione sustentat :  
 servientibus nobis procurat annonas.

Qui præfectum præt. anteced.) Zos. d. lib. II.

## XXX. De officio quæstoris.

v. tit. 13. lib. 1. ff.

**M**agisteriæ potestatis partem sibi quæstura vindicat. Nam quæ beneficia olim permittabant arbitrio magistri militum, veluti tribunatus, præfecturæ, præposituræ numerorum aut castrorum, ea modo sub cura sunt & sollicitudine quæstoris & scrinio memoriæ, atque etiam reliquæ omnes dignitates, officia, conditiones, curæ minoris laterculi civiles aut militares adjuncta subscriptione principis. Laterculum minus est liber sive abacus & notitia dignitatum administrationumque minorum, ducto nomine à quadrata figura, quasi πλαντίς, Gallico interpreti, *le petit roule*: Laterculum majus est notitia majorum, quod fuit sub cura & dispositione viri spectabilis primicerii notariorum, idque depictum videmus sub primicerio notariorum in ea notia laterculoque veteri dignitatum, quam Andræas Alciatus, & pleniores Beatus Rhenanus luci restituerunt. Per quæstorem igitur princeps largitur honores minoris laterculi, per primicerium tribunorum & notariorum honores majoris: & in formulis Cassiodori idem fit comes faciarum largitionum simul & primicerius notariorum, ut per eundem princeps largiatur & pecunias suas & honores. Verum non illud præcipuum tamen quæstoris munus fuit, sed leges dictare, precibus respondere, consilia dare principi, qua ex re à Symmacho dicitur precum arbiter, legum conditor, & à Cassiodoro quæstura di-

gnitas literarum, quod ea scilicet literatis tan-  
tum deferatur jurisquē peritis lib. I. Var. &  
alibi quæstor sive os principis, imago prin-  
cipis, vox legum, custos legum, & in No.  
Valentiniani de hom. ca. fac. justitiæ & legum  
custos, thesaurus famæ publicæ armarium le-  
gum. Idem postea μέγας λογοθέτης appellatus  
est, & novissime Cancellarius, ut Nicetas scri-  
bit, vii. annali. Cur vero huic dignitati aut  
quomodo quæstoris nomen inditum sit, quod  
ad eos proprie pertinet qui ærario præsunt, si  
queras dicam assumptos primum ex plebe, ut  
præfectos prætorio, ita homines literatos fui-  
se qui orationes, epistollas, libellos principis  
in Senatu recitarent, initio Candidatos Cæsa-  
ris dictos l. i. D. eod. sed cum non esset eis  
ingressus in Senatum, ut poterit plebeiis, licet  
pecuniam publicam non curarent, donati sunt  
honore & titulo Quæstorum, ut hoc honore  
freti ingredierentur in Senatum: erat enim quæ-  
stura, ut Asconius ait, primus gradus in Sena-  
tum: ac post crescente eorum auctoritate, jam  
que non recitantibus tantum, sed & compo-  
nentibus eis Orationes, rescripta, leges vice  
principis, idem Quæstorum nomen retinue-  
runt.

### XXX. Enarratio.

**L**aterculum] Aldhelmus de laudibus vir-  
ginitatis: Nec laterculo dinumerari, ne  
calculo computari ullatenus valet. Vide Cuja-  
cium ad l. 13. C. de proxim. sacr. scrin. & ad  
Novell. viii. dixi ad Cedrenum.

Cassiodori Libro vi.7.

Leges dictare precibus resp. ) Zozimus v.  
Σάλνιοι ὁ τὸν βασιλεῖς δοκιῶτα τεταγμός ὑπογρ-  
εύειν, ὁν Κοινωνοῦ ἡγεῖν οἱ Δῆται Καϊσαριῶν  
οἰδώναι τηρέοι. Quem Sozomenus hist. Ec-  
clesiast.lib. VII.13. τὸν ἐπὶ τοῖς νεαρούχοις τῷ  
Σετμῷ τεταγμόν, vocat eum Cassiodorus Quæ-  
storem interpretatur hist. Trip. Libro ix. An  
Quæstorem intelligit Eunapius in Chrysantho  
his verbis ? ὃς γε νομοθετήκει εὖ διάταξιν  
ταῦτα τὸν βασιλευονταν ἐπὶ τετραμερέος Clau-  
dianus de consul. Manl. Thedori paneg.

---terris edita daturus.

Supplicibus responsa venis oracula regis  
Eloquio crevere tuo, nec dignius unquam  
Maiestas meminit sese Romana locutam,  
Corippus I. in laudem Iustini.

-- leges & iura gubernans,  
Institia vindex.

& :

Quæstor Anastasius sancti pars magna Se-  
natus.

Composer morum, juris legumque sacer-  
dos.

Procopius in arcana : ὅσατε ποθεὶς αὐτῷ βαλοίτε  
Ἐτοι τῶν κοινωνοցς ἔχοντες τοὺς ἕπερ εἰώδεις ἐπέστελλεν  
οἰεδαγή, αὖτε &c.

Consilia dare Pr. ) Cui adsidebat. Cassio-  
dor. I.13. Quæstor lateri Cæsaris adhærens.

A Symm.) Libro I.17.

Et à Cassiod. dign.liter) Libro I. 12. & lib.  
v.4.

Os principis sona βασιλῆος in epigr. Poëtæ  
incerti Anthol.IV. 19. Rutilius Itin.I.

Primævus meruit Principis ore loqui.

Cassiod. vi. v. Quæsturam toto coræ recipimus  
quam nostra linguae vocem esse censemus.

*Imago Principis*) Idem Cassiodorus d. form v. *Talem denique oportet esse Quæstorem*, qualem portare Principis decet imaginem.

*Vox legum*) Idem Cassiodorus lib. viii. 13. *Vox legum diceris*, dum nos jura condimus. Ita legit Fornerius, vetus epigramma in collectio ne pithoeana.

*Cujus in orbe fui vox legum.*  
Sic legit Iuretus, vide Theophylacti Simocat tæ histor. libro i. cap. 1.

*Leg. Cust.*) *Cass. vii. 14.*

*Μέγας λογοθεός.*) Vide Cujacium ad l. 2. C. de petit. bon. sub. & l. ult. C. de discussor. Joannes Cinnamus histor. libro iv. Κόμηντι τε ἀλλοις, καὶ δὴ καὶ τῷ σιλεύματι Καυτζίλεστρῳ συμεγ- νώς, οὐ λογοθέτῳ αὐτῷ οὐδὲν εἰδωλιστῶν ανήρ, &c.

Et novissime Cancellarius) Fulgentius ferm. lxxi. Gabriel illustris palatii cœlestis Cancellarius adspicatur. Cujus hodie in Gallia supra magna dignitas est, & fuit olim in Anglia. Petrus Cellensis lib. i. epist. ult. ad Thomam Cancellarium: *Secundum post Regem in qua tuor regnis quis te ignorat.*

Ut Asconius ait) In divinat.

Primus gradus in Senatum) Julius Capito linus in Vero. *In Senatu ante Quæsturam non sedti.*

### XXXI. De officio magistri officiorum.

**E**t hic quoque videtur ex militari magiste rio partem adeptus non inferior quæstori: Nam & uterque illustris, & ex quæstori ple runque magister officiorum sit, ut Cassiodori

formulae docent, vel etiam unus idemque simul utroque honore fungitur: & officium magistri officiorum honor est jurisconsulti, sicut quæstoris officium, & philosophi. Nam & quæstori aderat, ut idem Cassiodorus ait, & disciplina morum ad eum in palatio pertinebat, quasi judicem & magistrum officiorum aulicorum, quales sunt cubicularii, l. 3. inf. de præp. fac. cub. castrensi & ministeriani, l. 3. & 4. inf. de cast. & min. silentiarii, l. 4. inf. de silent. decani, l. 2. inf. de decan. qui omnes obsequio & ministerio principis dedicati erant. Denique magister officiorum, est magister ~~τοῦ τῆς αὐλῆς ταξιῶν~~ (sic lego in Theodosio Sudæ) vel ut Theodoritus ait, ~~ηγεμός των βασιλείων~~. Sed & Senatores in consistorium inducit, gloriosus, ut idem Cassiodorus ait, donator aulici consistorii quasi alter lucifer. Nam sicut ille venturum diem promittit, sic iste desiderantibus vultus regiae serenitatis attribuit. Et curam gerit cursus publici, l. 9. inf. de cur. pub. Curiosos cursus publice curagendariosque constituit ex schola agentium in rebus, ex qua etiam sibi officiales assumit. quæ de causa magisterianos ubi legis, agentes in rebus semper interpretere licet, sive officiales magistri officiorum. Hoc autem ex militari jurisdictione habet, quod sub cura & jurisdictione ejus sint fabricæ armorum & fabricenses, & limites ac limitanei milites, & scholarcs omnes, qui milites supernumerarii sunt taxati in XI. scholis, ut ait l. ult. inf. de loc. videlicet si his ad numeres fabricenses, & agentes in sebus.

## XXXI. Enarratio.

**N**on inferior Quæst.) Ejus adeo crevit auctoritas, ut ipsi quoque Imperatorum filii hoc titulo ornarentur. Constantinus Porphyrog. de vita & gestis Basili Macedonis Imp. cap. XVI. ηστορίᾳ τῶν ὁ βασιλεὺς, ἐν γράμματι κατίπαξ σκέδιας γενῆς αὐτοῦ, καὶ τοῖς τῷ μαγιστρῷ ωρεύχιαι πρὸς ληφῆς αἴτιον.

Ut Cassiodori form. doc.) Lib. VI. 6.

Veleutiam unus idemque simul) Corippus in Panegyrico Anastasii Quætoris & magistri. Quæstor Anastasi, quem Christi munere fidum.

Cognovit Princeps, geminoque ornavit honore.

Idem Cassiod. ait) Libro VI. 6. Est magister τῷ εὐτῷ αὐλῇ. Zosimus libro II. & III. Zonaras in Constantio.

Vel ut Theodor. ) Libro v. capite XIX. Procopius libro II. τῷ εὐτῷ παλατίῳ τούτῳ μέχρι τὸς Κέλερος μετατρέπει Παρθενόν την αρχὴν καλεῖται νεομηνίαν, & οὐτὶ ἔχοντα igitur μαγιστρούς, ut Basili ep. ccccxvi. Vide quæ diximus in Gloff. ad Cedrenum.

Ut idem Cassiod. ait.) dicta epistola VI.

Curiosos cursus) Vide Cujecium ad tit. de curios.

Curagendariosque.) Vide Cujacium ad tit. de princip. ag. in reb. I. 5. & ad d. tit. de curios. I. 1.

Agentes in reb.] Gloffæ agens in rebus, μεγαλεύχοις. In I.I. tit. xxv. lib. III. qui dicuntur agentes in rebus μεγαλεύχοις sunt in bas. libro

vii.tit.v.cap.xciii. Adde Michaëlem Glycam p.  
274.edit. Regiae

Sive off.mag.off.) Hos intelligit sanctus  
Hilarius in fragm. ex opere historico : *Palatium servet, Episcopi circumcursant, officiales  
magistri volitant.*

Fabricæ armorum / Vide Cujacium ad No-  
vel' am LXXXV, de armis.

## XXXII. De officio comitis sacrarum largitionum.

**S**equuntur alii magistratus sive dignitates  
illustres. Comes sacrarum largitionum est  
is cui gubernandi committuntur thesauri ma-  
jestatis imperioriæ , quos largitiones dicimus  
& remunerationes plausibili vocabulo , & di-  
gnitatem ipsam Comitis munerariam dignita-  
tem Cassiodorus , quasi muneribus pouissi-  
mum & liberalitatibus exercendis thesauri im-  
perii destinati sint , quamvis & in alias plera-  
que res insumentur , & omnino talis est Comes  
sacrarum largitionum , qualis præfectus ærario  
olim , vel etiam dispensator , qui à Papinio de-  
monstratur his verbis : Jam creditur uni san-  
ctarum digestus opum , partæque per omnes  
divitiæ populos &c. & à sumatiano illo loco:  
Opum curam , quamvis sit magna , sacrarum.  
Præfecti nomen matatum est in Comitis no-  
men , quod & omnibus magistratibus datum  
est , qui sacrum comitatum observarent , vel  
qui ex eo prodirent , & inde nomen , postea  
porrectum est ad omnes , qui cui negotio præ-  
positi essent , veluti ad navarchum apud Eusta-  
thium in Homerum , & Sudæ quoque genera-

liter definitur Comes, ὁ λαὸς ἀρχὺς populi iudex quilibet. Porro in thesauris sive opibus imperii numeramus etiam vestiarium & ornamenti imperialia, qua de causa non tantum speciales quidam Comites largitionum diffusi per diœceses, & comites metallorum, & rationales suminaruim, præpositi thesaurorum, procuratores monetarum, quandoquidem & Comiti sacrarum largitionum curæ est, ut idem Papinius ait, quæ divum in vultus igni formanda liquefcat Massa, quid Ausoniæ scriptum crepet igne monetæ: non inquam, hi tantum erant sub dispositione viri illustris Comitis sacrarum largitionum, sed etiam procuratores gynæceorum. i. textrinorum sacrorum, & procuratores baphiorum. i. tincturarum pretiosi muricis, & procuratores linifectorum, & præpositi barbaricariorum i. phrygionum, & præpositi bastagarum, qui scilicet curant sacris largitionibus, sive ærario sacro præferri canones collationesque solempnes.

### XXXII. Enarratio.

**C**omes sacr.larg. ) Zosimus v. Πετρώνιος ὁ τὰς θησαυροὺς προετός Julianus Imp. in Misopogone: οἱ ἐπιτρόποι τούτοις οἱ θησαυροὺς εἰσὶ. & simpliciter. Comes sacrarum & magister, auctor incertus in Excerptis de Constantino M. Comes sacrarum, auctor vita sancti Clementis Episcopi. κόρης συντρόφη, in sacra Imp. ad Synod. Extat autem in actis conciliabuli quod inseritur Concilio Ephesino.

Thesauri majest. Imp. ) Julius Firmicus Mart. III. cap. VIII. Facit etiam magnis ratio-

nibus præposites, talesque qui facultates regias prompta dispositione sustentent, & qui omnes redditus regios thesaurosque suæ habeant fidei dispositionique commissos.

Munerariam dignit.) Libro vi. 7.

Qualis præf. ær. ] Qui olim præfetus æratum post ritorum Imp. ævo comes faciarum largitionum vocatus.

Vel etiam dispensator ) de dispensatore rationis privatæ vetus inscriptio, apud Gruter.

A Papinio ] Libro iii. Sylv. in lachr. Etrusci.

Et à Numat. ) Rutilio Num. Itin. Libro i.  
& à Claudio in Pan de Manlii Theodori conf.

Hinc sacra mandantur opes orbisque tributa.

Possessi, Vide Cujacium ad l. 9. de ju. fisc.  
& dicta nobis tit. scq.

Apud Eustathium in Hom. ) LI αγραφας τοις τον φασιν. ειν δ' αντοις, ο κόπειον περι τοις στεγην.

Vestiarium ) Vide Cujacium ad l. ult. C. de discuss.

Diffusi per dioces. ) Notitia Imp. R. sub dispositione Com. sacr. larg. Comites largitionum per omnes dioceses.

Comites metallorum ) Notitia : sub. disp. Com. sac. larg. Præfetti thesaurorum. Comes metallorum per Illyricum Comes & Rationalis summarum Aegypti, procuratores gynaeceorum, procuratores baphiorum, procuratores monetarum præpositi bastagarum procuratores linificiorum

Ut idem Papinius ai ) Loco supra citata.

Textrinorum sacrorum ) Firmicus Mathe-  
seos III. capite VII. Regiis textrini faciet præ-  
positos esse , vel præfectos .

Procuratores baph. ) De procuratoribus gy-  
necorum & baphiorum Cujac. ad titulum de-  
mureleg. & gynec. l. 2. v. Hermiam v. 14.

Pretiosi muricis ) purpuræ Imperatorum  
propriæ εἰπιτροποιοι καὶ τυργη ἀλεφῆς βαρφῆς Ci-  
tat. Cujac. ad d. l. 2. procuratores textrini Ty-  
rri.

Procuratores liniſciorum ] τῶν λινουμένων  
linyphiorum

Præpositi barbaricariorum ] Vide Cujacium  
ad titulum de excusat. artific. Locus Donati  
quem citat , hodie legitur hoc modo : *Barba-  
ricarii dicuntur, qui auro & variis filis homi-  
num, & aliarum rerum figuris exprimunt acis  
pingentes.*

Id est phrigionum ) Servius in illud xi. Æ-  
neidos , *Pictus acu tunicas, &c. Pictus tunicas,*  
*pictus crurum barbara tegmina, id est, habe-*  
*bat vestem Phrygionis arte perfectam.* Vide Sal-  
masium in Vospici Carum, Car. &c.

Præpositi bastagarum ) Bastagarii serviunt  
vesturæ rerum ad sacrum ærarium pertinen-  
tium. Cujacius ad l. 4. dicto titulo de muri.  
leg. & βασάγραι sunt ψηρεμασύπεις Eustathio ad  
l. 1. p. DCCCLXXVIII. edit. Rom.

### XXXIII. De officio comitis rerum privatarum.

**U**erque Comes ab Imperatore significa-  
tur his verbis in l. 3. inf. ubi Sen. vel cl.  
Cui nostra serenitas sacros nostri nominis the-

sauros, aut res privatas nostræ pietatis gubernandas injunxit. Ille qui thesauros gubernat opesque fiscales, Comes est sacratum largitionum, qui à Græcis Comes δαψιλεῖς νέτοι παρεγχών. Ille qui propriam substantiam sive patrimonium principis, sive dominicam & divinam domum, Comes rerum privatarum, quæ honestantur etiam largitionum nomine, l. prooperandum, §. si autem utraque, inf. de jud. l. ult. inf. de adscs. Paulinus in Eucharistico: Nominæ privatae Comitivam largitionis dans mihi, quam sciret nullo subsistere censu. Bona igitur principis, aut fiscalia sunt, aut patrimonialia, & utraque propria, aut quasi propria & privata principis. Nam ita est scriptum l. i. D. ne quid in io. pub. res fiscales, quasi proprias & privatas principis esse. & quod vulgo dicitur omnia esse principis, id interpretatur rectè l. 3. inf. de quadr. præsc. ut omnia. i. tam fiscalia quam patrimonialia principis esse intelligantur. Quæ privati possident sunt in Imperio principis. Propria bona, quæ princeps possidet, in patrimonio & dominio principis. Fiscalia quasi in patrimonio, propriè in patrimonio principis non sunt. hæc enim in heredem principis non transeunt, patrimonialia transeunt in heredem, vel in bon. possessorem, etiam si non successerit in imperio, l. 36. D. de leg. 2. fiscalium rerum est commercium, l. pacta §. ult. D. de contr. empt. Patrimonialium non item, l. 39. §. ult. D. de leg. 1. Denique ex hac bonorum diversitate facti sunt duo Comites, unus qui præcesset fiscalij substantiæ, alter qui propriæ, hic Comes rerum privatrum dicitur frequentius, ille Comes sacratum largitionum

facti etiam inde sunt alii palatini largitionales, alii privatiani, qui huic vel illi Comiti obsequuntur. Tres tantum sunt sub hoc titulo Constitutiones Latinæ, nulla Græca desideratur, & quæ à me adnotata est, l. 7. inf. de delat secundum locum occupat infra tit. de off. diuid.

### XXXIII. Enarratio.

**O**pesque fiscales ) Julius firmicus Matheſ. libro III. cap. vi. *Fisco præpositos, aut fisci patronos.*

Comes est sacrarum largit. ) οὐκέτι τῶν θείων λαργυλίων. Cyrilus in epistola ad Theopemptum, quæ extat in concilio Ephesino.

Comes δαψιλ. ἥτοι παρ. Vide Scholiaſt. Basil. quem adducimus tit. seq. Menander Protector in Excerptis de largitionibus libro II. τὸν ιησοῦν τῶν βαπτιστῶν εἰδόμενον προστάκης Θησαυρῶν. οἱ γέ δέ τῆς δαψιλεῖς τῇ Ρωμαιοῖς προσταχθείσαν φανῆ λαργυλένεις. ) lege, μαρτυρίᾳ ) σαρ' οἱ Λατῖνοι τὸ δαψιλές οὐ παράχοσιν.

Patrimonium princ. ) Vetus epigramma in collectione Petri Pithoei.

*Aulica quippe Comes rexī patrimonia claus.*

Comes rerum privat. ) Zosimus libro IV. τῇ τῶν βασιλικῶν ἐφεσώς παμιεῖων φοργυτὶδι. & libro V. ὁ τῷ ἴδιᾳ τῷ βασιλεῖ αὐτούς των περιέων προσβεολημένος. Proconius in Arcana: επιτρεπτὸς τῆς βασιλέως στίας ἴδιας: Procurator privatæ principis substantiæ. κόμης τῶν θείων προσωτῶν, in actione I. Concilii Chalcedonensis, κόμης πελισάτων, sanctus Basil. ep. ccccxv.

Adde locum Theodoreti , quem adferit Cujacius ad l. 9. inf. de ju. fisc. Qui posteriorum Imperatorum ævo λογδέτης οἰκειακῶν. Glossæ nomicae : κόμης τῶν περιουσιών , ἀττίλης λογδέτης τῶν οἰκειακῶν. Georgius Pachimerius in hist. τῆς μεγάλης λογδέτης τῶν οἰκειακῶν. Codinus de offic. cap. ii.

Quæ honestatur etiam largit. nom. ) Glossæ Nomicae : λαργικῶν εἶτι δύο τὰ σακρά , καὶ τὰ περισσάτα.

Id est , tam fiscalia ) Vide Observ. xv. 30.

Palatini largitionales , &c. ] Apparitores comitum , de quibus Cujac. ad tit Cod. de palat. sacr. largit. & ad tit de privileg. cor. qui in sac. pal. milit. libro xi. i.

Obsequuntur ] Ut in l. 7. C. Th. cod. privatis largitionibus obsecundant.

#### XXXIV. De officio comitis sacrí patrimonii.

**A**T rursus duplex est patrimonium , privatum de quo superior , & sacrum , de quo hic titulus , atque ita separatum legitur unum ab altero in edicto Justiniani 4. & 8. & in formulā Cassiodori. Quod attente observandum est: alioquin prima specie idem videretur esse Comes rerum privatū & Comes sacri patrimonii. Sed duo plane sunt diversi Comites. Et Comes rerum privatū , ut dixi gubernat privacam principis substantiam , per rationales , scilicet præpositos , procuratores , atque etiam Comites quosdam speciales. Comes patrimonii sacri est veluti procurator penus , qui regias , ut Cassiodorus ait VI. epulas solicita

ordinatione disponit, judex aulici apparatus & epularum, cui ut idem significat lib. XII. commissæ sunt apothecæ vel enthecæ aulicæ, & putoem cellatio principis dicatorum prædictorum in Cappadocia proventus quoque ad cum rediisse. Tres igitur erant principis ~~affectiones~~, quod & Græci interpretes notant, largitiones, privatæ, patrimoniales. Et hic quidem titulus nullam habuit Latinam, Græcam habuit constitutionem quæ desideratur.

### X X X I V. Enarratio.

**I**N formulis Cassiodor. ) Libro vi. 7. 8. & 9.

Per rationales ) Notitia Imp. R. sub dispo-  
sitione Comitis rerum privatarum, Rationales  
rerum privatarum. Lampridius Alexandro Se-  
vero: Ubi aliquos volui set, vel rectores provin-  
cias dare, vel prepositos facere, vel procurato-  
res, id est, rationales, ordinare. Hi suberant  
Comiti rei privatæ, & rem privatam princi-  
pis in singulis provinciis procurabant.

Comes patrimonii sacri ) Comes patrimo-  
nii in concilio Hispan. tit. de fisco barcinonen-  
si. Inscriptio vetus: MODERANTI IN LUS-  
TREM SACRI PATRIMONII COM-  
MITIVAM.

Ut Cassiodorus ait ] d. epistola viii.

Ut idem sign. lib. XII. ] epistola ix.

Apothecæ vel enth. aulicæ. ) Sacrae annonæ  
præpositum appellare videtur Firminus Matthes.  
vi. 3. De apotheca & entheca vide Isidorum  
Origini xv. 5

Græci interpr. not. τριῶν οὐαὶ τὸ παλαιὸν αἱ

τοὺς πατρίδες τῶντι τοῖς λαογένεσι, τοποθετεῖ, καὶ  
πατερομονάδαι, ad titulum i. libri viii. basl.

X X X V. De officio proconsultis  
& legati.

v. tit. 16. lib. i. ff.

Post illustres dantur spectabiles, ex quibus primi sunt proconsules, qui in provincias certas, veluti Asiam, Achaiam, Africam sortitò mittuntur cum imperio consulari, ut tam bella quam civilia regant ex ordinatione Augusti, ut Suetonius & Strabo scribunt, separatas ab his quas ipse sibi recepit, adjuncto etiam legato uno si qui mittitur prætorius vir sit, vel legatis tribus si Consularis, ut Dio scribit i. i. i. datis à Senatu ut in Gordianis Capitolini, & Probo Vopisci, vel probatis à principe, quibus suam jurisdictionem mandent, atque etiam criminum cognitionem extra ordinem, l. sollet, D. cod. De proconsule eleganter Salvianus vii. Quotidianus judex & rector, quantum ad nomen quidem proconsul, sed quantum ad potentiam consul. Male autem inter primam & secundam legem hujus tituli, quidam posuere titulum novum de officio Comitis sacri palatii.

X X X V. Enarratio.

Dicitur Antur spectabiles) Collatio Carthag. cum Donat. ipso princ. Divus Angustinus epistola clxix. *Ad virum clarissimum, atque spectabilem proconsuliem.* l. præcipimus 32. inf. de epoch. public. lib. x.

Ut Suetonius ] Augusti cap. XLVII.

Et strabo ] Libro IV.

Quibus suam jurisdictionem ] Theodorus Hermopolites πλανὸν ἐπὶ μὴ τῶν χρηματικῶν ἐπιτρέπει αὐτοῖς, καὶ ἀποφασίσῃ φέρειν ἐπὶ δὲ τῶν ἐγκλημάτων, ταὶ μὴ ἄλλα πάντα ἐξεταζεῖν ἀποφασίν δὲ μὴ δοναι, ἀλλὰ αὐτοφέρει τὰ κεχριμένατα αὐτὸν πατέντα: In civilibus quidem causis permittit eis etiam sententiam ferre. In criminalibus autem, cetera quidem examinare eis permittitur, sententiam autem ferre non possunt, sed rem ad Proconsulem remittere debent.

## XXXVI. De officio comitis orientis

**S**equitur Comes orientis, qui etiam est spe. stabilium numero, & latissimam jurisdictionem habet, namque Oriens ei totus regendus committitur: qui conficitur ex xv. provinciis, Palæstinis tribus, Syriis duabus [ Optatus tamen Milevitanus facit Syrias tres Ciliciis duabus, Phœniciis duabus, Cypro, Eufratensi, Osroëna, Mesopotamia, Isauria, Arabia.

## XXXVI. Enarratio.

**C**omes Orientis ] De ejus officio Zosimus lib. v. ὁ δέ κόμιτος τῆς ἑωας πεποίησεν. αὐτῷ δὲ η ἀρχή βγλεται τὸν προσεβλημένον αὐτῆς ἐφεστατεῖ πᾶσι τοῖς τας Εωας ἐπαρχίας ἴδιωσι, οὐτὶς πεποίησεν τὸ δένπεπορτινοις εἰδωσιν.

Ex provinciis ] Notitia Imp. sect. XIII.

Optatus tamen Milevit. ] Libro V.

## XXXVII. De officio præfecti augustalis.

v . . tit. 17. lib. I. ff.

PRÆFECTUS Augustalis est etiam spectabilis' sic dictus quod Ægypto in provinciam redacta ei regendæ primum sit ab Augusto constitutus ex equitibus, non ex Senatoribus, ut Tacitus scribit XII. & Dio LIII. & Arrianus II. de exped. Alex. ne sub posteriori præfecto, ut sunt leves & mobiles Ægyptii, facile ad res novas impellerentur, quos & eadem ratione in alienam civitatem cives allegi noluerunt Romani Impp. ut Josephus scribit II. contra Appionem. Idem vero dicitur etiam præfetus Ægypti, l. 35. D. ex quib. cau. mai. l. 1. inf. de postul. Et præfetus, non proconsul, aut consularis, quod veterius esse videtur constitutio ne Augusti, cum ex oratione Ciceronis in Gabiniū Trebellius Pollio referat fasces consulares Alexandriam ingredi non licere, quæ fuit sedes præfetti Augustalis. Subcura autem ejus provinciæ VI. Lybiæ dux, Thebaïs, Ægyptus, Arcadia, Augustanica, & præsides earum, l. 2. hoc tit. Et non ex Consulibus tantum Romanis, sed etiam ex suo Augustali Alexandrinos annum numerasse Chronica Alexandrina quæ habet Cl. Puteanus V. C. & eruditissimus manifesto comprobant. Invenio eodem tit. præfetti Augustalis etiam præsidem Daciæ, quo plus auctoritatis haberet, Hadrianum Imp. ornasse apud Spartianum.

## XXXVII. Enarratio.

**I**N provinciam redacta ) Priscianus libro  
xviii. Augusto Imp. Alexandria provincia  
facta est.

Facile ad res novas impell. ) Q. Curtius  
xiv. Ægyptii vana gens, & novandis quam  
gerendis aptior rebus. Flavius Vopiscus in Sa-  
turnino: *Sunt enim Ægyptii novarum rerum cu-  
pientes.*

Præfectus Ægypti ] Vetus inscriptio Grut.  
p. ccccxiv. 8.

*Ἐπίτροχος Αἰγυπτίων* ] sanctus Athanasius in ep.  
ad Orthod. τῆς Αἰγυπτίων ἀρχῶν, Dionis epit. in  
Augusto. *Αἰγυπτίων ἀρχῶν*, Suenio epist. xciv.  
ut præfectura Ægypti, η *Αἰγυπτίου ἀρχῆς*, epist.  
c. quæ *Αἰγυπτίων ἀρχῆς*, Athenæo III.

Et præfides earum ) Vetus inscriptio : Præses  
provinciæ Ægypti.

L. 35. D. ex quibus causis mai. ) Græci ibi-  
dem. οἱ Αὐγύσταις Αλεξανδρεῖας. Socrates hi-  
storiæ Eccles. VII. 12. meminit. *ὑπαρχοῦ Αλεξανδρεῖας*. vita S. Eugenix : Commodus Impe-  
rator direxit illustrissimum virum Philippum  
ad Aegyptum, ut præfecturam ageret Alexandriæ, & omnes potestates, quæ per totam Aegyp-  
tum administrabantur, ejus arbitrio deservi-  
rent.

Apud Spartianum ) In Adriano.

## XXXVIII. De officio vicarii.

**V**icarius quoque spectabilis est, quæ media  
est dignitas inter illustres & clarissimos,  
2009 Ministerio de Cultura

ut ait Justinianus No. 7. in fine. Nam inferiores his quidem sunt equestres , perfectissimæ egregiæ dignitates non Senatoria. Senatoriarum tripertita duumtaxat divisio est, & qui superillustres esse dicuntur , hi illustres sunt , & patricii , & illustres igitur , & adjectione tantum patricii superillustres. Nec tam omnes Senatores illustres sunt , aut spectabiles , aut clarissimi: quidam sunt expertes harum dignitatuum omnium, l. 52. 54. C. Th. de hæret. Vicarius autem pro praefecto prætorio mittitur in tractum , vel diœcesim aliquam aliquod in se provincias continentem , veluti Thraciarum , quæ provincias continet vi. vel Ponticam, quæ xi. vel xii. si ex constitutione Valentis , cuius meminit interpres Nazianzeni , feceris Capadocias tres , primam cuius Metropolis Cæsarea , secundam cuius Metropolis Tyana , tertiam , cuius Metropolis Musycissus , vel Asiam , quæ xi. ut Theodoritus scribit lib. v. Sed octo tantum ponit sub dispositione vicarii notitia vecus dignitatum Orientis. Fuit etiam in Illyrico Vicarius Macedoniae, l. ult inf. de diu. off. & app. & aliquando in occidente Vicarius urbis Romæ , & jurisdictione ejus intra xl. lippidem. Vicarius Italiz , & sub eo provinciæ x. Vicarius Africæ , & sub eo provinciæ quinque , sicut sub Vicario Britanniæ. Vicarius vii. provinciarum in Gallia , Germaniæ , Belgicæ , Aquitanicæ , Narbonensis , Lugdunensis , Maximæ Sequanorum , Novempopuloniæ : è quibus Narbonensis , & Germania , & Belgica , & Aquitanica rursum dividantur in primam & secundam , Lugdunensis in primam , secundam , tertiam , Senoniam , Alpes in maritimas , Pœ-

minas & Graias, & in Narbonensi secunda facile compræhenderim Viennensem, ut sint summatim provinciæ septem, quarum etiam mentio fit in constitutione Constantini ad Agricolam præfectum Galliarum relata à Nicolo Cusano 3. de con. cath. Fuit & vicarius Hispaniarum, & sub eo provinciæ vii. quæ olim regebantur à proconsule, ut scribens de Vicario Hispaniarum recte subjiciat Sulpitius Severus in historia sacra, nam jam proconsulē habere desierant. Ni sunt vicarii præfecturæ prætorianæ pari potestate præditi, & in legibus sæpe dicuntur vices agere præfectorum prætorio, aut agere vicariam præfecturam, & in l. i. D. de leg. 3. vice præfetti ex mandatis principis cognoscere, & in l. 6. inf. de mo. mul. scripta ad præfectum prætorio, his verbis demonstrantur, qui vice vestra [sic legendum] administrationis gubernacula susceperint. Verum non ut alii qui funguntur vice prætorum aut præsidum nihil proprium habent, ita possum idem statuere de vicariis præf. prætorio. Nam etsi dicuntur vicarii, propriam jurisdictionem habent datam à principe, & ut ait Cassiodorus, cum præfectis portionem aliquam, quod sumptuose videtur ex l. i. hujus tit. quæ vicarios præfecturæ prætorianæ trahere portionem ait, moxque subjicit, eosdem disceptationis principalis repræsentare reverentiam, quod Cassiodoro est vice sacra judicare tanquam præf. prætorio, & habitu militari.

XXXVIII Enarratio.

**V**Icarius quoque spectabilis est [ Collatio  
Carthag. cum Donatistis , ipso princ.  
spectabilis Vicarii.

Perfectissimæ, egregiæ dign. V. Lactantium  
v. 14. in fi.

Perfectissimos Græci ἀληφοτάτους vocant]  
Glossæ Græc.Lat. ἀληφοτάτος , perfectissimus.

Qui superillustres ] Vide Cujacium ad tit. I.  
libri XII.

Vicarius autem pro præf.præt. ] Cledonius  
in arte : *Vicarius dicitur is, qui ordine codicil-  
lorum vices agit amplissimæ præfecturæ.* Auctor  
vitæ sancti Apollinaris martyris : *Scripsit ad  
vicarium præfecturæ.* Julius Firmicus Matthes.  
libro III. capite v. Faciet præsides riparum , du-  
ces , vicarios, : præfeitos prætorio. Legendum  
opinor, vicarios præfectorum prætorio.

In tractum vel diœcesim ) Tractus est diœ-  
cessis , l.un.inf. ut omnes judic. tam civil. quam  
milit.

Veluti Thraciarum ] Sanctus Basilius epist.  
CCLXIV. Αλλ' τῆς βιηγερίας τῆς Θερίκης ἐπέσειλα τῇ  
θεοτοκίᾳ. Mentio ejus in veteri inscriptio-  
ne.

Vel Ponticam ) Meminit vetus inscriptio.  
De vicario Ponticæ vide edictum Justiniani  
VIII.

Valentis , cuius meminit int. Nazianz. ) In  
orat.patris funebr. δευτέρες , inquit , Καωπα-  
δοκίας μητρόπολις Τύαρα καὶ τελτην ἡ Μωσικοστος;  
τὸν γαρ Καωπαδοκίαν μίαν γένον εἰς δύο επέμον,  
εἴτε παλιν εἰς τρεῖς. ταῦτα διὰ πορείας λυτήν τὴν αἱ-

*γίς Βασιλεύς ἐποίει ὁ βασιλεὺς Οὐάλλας.*

Vel Asianam ) De Vicario Afriæ Eunapius Sardian. in Maxim sub finem, ubi de Clearcho, & vet. inscript.

Ut Teodoritus scribit libro v.) Capite xxviii.

Vidarius urbis Romæ ] De quo Cassiodorus 4. 41. & vi. 15. & Ammianus Marcellinus xxviii.

Jurisdictio ejus intra lx. lapid.) d. form. xv.

Vicarius Africæ ) Divus Augustinus de C. D. libro xxii. 8. *Apud Carthaginem quis novit, præter admodum paucissimos, salutem, quæ facta est Innocentio ex advocato vicariæ prefecturæ, & homilia lxi. de verbis Apostoli, cum esse mus in carne. Interpellata contra illos Ecclesiam non dico judices publicos, non Proconsulem ( Africæ) non Vicarium, non Comitem, non Imperatorem, sed Deum patrem & Christum, & Spiritum sanctum.*

Sub Vicario Britanniarum ) Ammianus. Ex Vicario Britanniarum.

Vicarius vii. prov. in Gal.) de quo Cassiod. iii. 16. & 17.

In constitut. Const. ) Honorii A. Jacobus Sirmundus ad Apollin Sidonium. quem vide.

Fuit & Vicarius Hispaniarum ) Vetus inscr. VICARIUS PRÆFECTURÆ PER HIS- PANIAS. Ammianus xxiii. *Venusto Vicariam commisit Hispaniæ.*

Sulp. Sever. in hist. sac.) lib. ii.

Vices agere præf. præt. &c.) Cledonius sup. Hinc Vicaria præfectura, in gestis purgationis Cæciliiani & Felicis.

Qui vice vestra ) Sic legitur in veteri Ju-  
lianii Brodæi.

Et ut ait Cassiod. lib. vi. 15.

Quod Cass. est ) d. form. xv. vice *sacra sen-  
tentiam dicis.*

## XXXIX. De officio prætoris.

v. tit 14. lib. i. ff.

**A**Ddjungitur spectabilibus prætor quibusdam locis, sed plerunque clarissimis, quare fecerim libentius ab hoc titulo clarissimorum , i. tertii ordinis initium. Quæ autem magna olim fuit vis imperii jurisdictionisque prætoriæ, ea cœpit onus esse Senatorum in edendis populo scenicis & circensibus voluptatibus , quod sustinuere etiam prætores olim , l. si ut certo §. interdum, D. Comm. & in fabricis operibusque publicis, l. 13. Cod. Theod. de præt. & quæst. idque oneris fere tantum prætura retinuit , adeo ut vocarentur ad eam inviti, ut Zosimus exposuit lib II. atque etiam præsentibus deficientibus absentes Senatores qui in provinciis , non in urbe domicilium habarent , & minores xxv. annis l. 1. & 2. Cod. Theod. eod. ubi sicut prætores & consules , ita quæstores accipere oportet pro inani nomine , & onere populo edendi muneris , ut illo Lampridii loco in Servero , / Quæstores candidatos ex sua pecunia jussit munera populo dare ) non pro amplissima illa dignitate, de qua actum est tit. xxx. cui etiam non sufficeret minor ætas , nec ad alios honores , l. ad Remp. D. de mun. & hon. qui etiam non patent fœminis , & hanc ta-

men præturam onerariam subeunt quodammodo in specie l. 17. Cod. theod eod tit. paucissima autem retinuit prætura ex jurisdictione & Imperio prisco , & fere ea tantum quæ referuntur in l.i. hujus tit. l. ult. inf. de præd.min. & tandem functione ejus etiam liberiati sunt Senatores absentes No. Valentiniani & Martiani , & generaliter omnes qui prætores designati essent sumptibus & crogationibus faciens in urbis fabricas , aut populi voluptatibus, l. 2. hoc tit. l. i. inf de prætor. nisi quid vellet expendere sua sponte. Etiam illud additur eadem No. ut hi tantum designentur S. C. legitimo legiitme celebrato. Fuere primis temporibus xviii. in antiqua Roma , post in nova modo tres , modo quatuor , modo quinque, modo octo , & tandem ex ea No. tres , & designati ut dixi S. C. ut l. 12. 13. 15. Cod. Theod. eod. tit. ubi additur legitimo vel legitime celebrato i. loco & numero competenti , & locus quidem definitur No. 62. numerus quinquaginia scilicet Senatorum l. 9. C. Theod. eod. Hoc enim numero præscribi S. C. solet. Lampridius in Severo : Nullam constitutionem sacravit sine xx. jurisperitis & doctissimis ac sapientibus viris iisdemque dissertissimis non minus l. ut non minus in consilio essent sententiæ quam cum S.C. fieret. Et S.C. vero dum prætores designari constituitur , nominatio & designatio censualibus quæ fuit aliquando concessa , abrogatur l. 13. 26. 27. Cod. Th.eod. Quidam codices habent , De officio prætorum , ut in Digestis , sed ut proconsul & vicarii , ita prætoris appellatione omnes continentur.

XXXIX. Enarratio.

FUere prim.temp. xviii. ] L.2. §. deinde, D.  
orig. jur.

Post in nova ] L. 3. 13. 20. & 25. Cod. Th.de  
Prætor.

Quam cum sc. fier. Hodie legiūr: quam Se-  
natusconsultum conficerent. Cas legit: ut non  
minus in consilio essent, quam quot sc. conf. Sal-  
masius. Ut non minus in eo esset sententiārum.  
quam Senatusconsultum cum fieret. Proba-  
bilior est emendatio Cujacii, vel Casaubonis

XL. De officio rectoris  
Provinciæ.

V. tit. 18. lib. 1. ff.

Proconsul, Comes Orientis, præfectus  
Angustalis de quibus actum est supra, sunt  
rectores provinciarum, sed spectabiles. Hi de  
quibus hoc tit. agitur clarissimi, veluti præsi-  
des, correctores, consulares, & unius tantum  
provinciæ, illi ferè plurim: & hi quoque sub  
cura illorum, & hi rursus qui in his libris sæ-  
pissime ordinarii judices appellantur, Græcè  
*ἐπειάθυσος* interpretatur No.xx. & cxii. qui non  
tantum exactiōibus tributorum, civilibusque  
negotiis, sed etiam militaribus occupabantur  
l.2. §. in bonorum, D. quis or. in bon. poss. Et  
publici judices, l. 9. sup. inf. de pag. faci. at-  
que ideo l. 2. §. ult. D. de jud. his esse jus mu-  
tū dicendæ quibus publicè judicium est, i. qui  
publici & ordinarii judices sunt. Hi fratres à

princeps appellabantur in Constitutionum ad eos directarum subscriptionibus, ut Cassiodorus ait, ut nobilitate pretiosi nominis affecti vilitate criminum abstinerent, & simili modo magister officiorum frater carissimus Augustorum in Nou. Th. de princi. ag. in reb. & No. de lampad. & No. de meta. Et Comes rerum privatarum in eisdem Novellis, l.3. De tyronib. & No. Majoriani de bo. cad. & Comes sacrarum largitionum in eisdem Novellis Theodosii, l.3. de palat. Addit idem Cassidorus, rectorem provinciae in praefecti pretorio militem cum ipsius tamen conscientia judicare, quod confirmat, l. 4. hujus tit.

#### X L. Enarratio.

**O**rdinarii jud.appell.] Joannes Episcopus Thessalonicensis de Christi resurrectione, τί γαρ ἀπεκρίθησαν Πιλάτῳ οἱ Ἰσδαιοι: εἰπον δὲ θυμῖν  
καὶ εἶτε οὐ αἴποτεῖσαν δένα δῆλον οὐδὲ δὲ πέρος τὸν Ρων  
μαριῶν νόμον αἴπεκριθησαν, μηδὲ εἶτείσαν αὐτοῖς αἴποτει-  
ναν δὲ γαρ εἴχουν φύσεις εἶχοισίαν μη οὔτες αρχοντες ὄρ-  
διναιοι non enim habebant gladii potestatem cum  
non essent ordinarii magistratus.

Non tantum exactionibus tributorum ] L.  
No.ad quam Theodorus Hermopolites scribit,  
palatinos instare debere presidibus, ut tribu-  
ta exigant: imo vero & ipsis presidum officia-  
libus in tributis exigendis opem ferre: οὐχ λεῖν καὶ  
χρειπείγειν τὰς αρχαντας εἰς αἴπαίτησιν τῷ δημοσίῳ  
μᾶλλον δὲ καὶ συμποιεῖν τοῖς ταχτῶν ταξιδεώταις εἰς τὴν  
σωματικὴν τῷ πελῶν:

Ut Cassiodorus ait ) vi. ut Var. 21.

Addit idem Cassiod.] loco citato,

XLI. Ut nulli patriæ suæ administratio sine speciali permisso principis permittatur.

**P**ars hic titulus est superioris, nimirum de rectore provincie, ut nemo ejus prouincię fiat rector, aut prescs, ex qua originem dicit, vel in qua domiciliū habet. Anastasi Constitutio Græca, cui similis l. ult. inf. de cr. sac. & vetustior Antonini apud Xiphilinum, μηδένα τοῦ τεθνεότεροῦ αρχαιοῦ εἰς τὸν αρχεῖον, nisi scilicet hic honos ab ipso principe ultero ei concedatur, ut Cassiodorum legimus patrię suę Lucanię, & Brutiorum correctorem fuisse lib. i. Var. ac similiter nemo potest in patria sua officium fiscale administrare, vel presidi adsidere ultra menses quatuor, l. 10. inf. de adses. l. i. C. Theod. cod. nisi cui iā princeps speciali beneficio permiserit, l. 38. D. ex quibus ca. ma. l. 3. D. de off. adses. Et rationem reddit Paulus v. Sentent. ne aut gratus aut calumniosus apud suos esse videatur, & attigit Cassiodorus supradicto loco scribens, gloriosum esse in patria sua presidatu fungi preclare, ubi necesse est, ut aut gratiam parentela provocet, aut odium longæ contentiones exasperent. At contra pretores in urbe non fiunt, nisi qui in ea domicilium habent, l. 2. sup. tit. 39. quia pretorum tum erat jurisdictio parva, & pretura onus potius quam homines, adeo ut plerique eam detrectarent, eademque ratio magistratum municipalium vel generaliter in urbe, ubi est sedes imperii & magistratum ingens copia & observatores

actu cujusque multi, civibus & incolis magistratum capeſſere licet in provinciis præſidatū fungi non licet, quoniam longe maius est præſidis imperium, quam cujusque magistratus in urbe l.7.§.ult. & l.8. de off. proc.

### XLI. Enarratio.

**U**T nemo ejus provinciæ ) Synesius epistola LXXXIII. ad Troilum : ἐγενέθη δὲ τον νόμον γέγραπτον εἰπεῖν τοῖς πόλεσιν αὐτοῖς φαστού, οὓς αὐτοὶ πολλὰ καὶ πολλαὶ τοῖς μητρεοῖς τοὺς τῆς Κρήτους αρχέλους. vide epistolam præced.in fine.

Apud Xiphilinum ) In M. Antonino. Zonaras.

Libro i. variar.) Epistola III.

Paulus v. sentent. ) Tit. XII. §. in ea provincia.

### XLII De officio præfecti, Annonæ.

**C**Lariſſimis adnumeratur præfectus annonæ & ſequenti tit. præf. vigilum. Senatoriæ igitur dignitatis ſunt. Et ſub Alexandro Ulpianum legimus præfectum prætorio & præf. annonæ fuiffe, l. 4. inf. loc. l.4. inf.de contrefip. Porro ſuperiores legitimi magistratus ſunt, hi duo præf. annonæ & præf. vigilum extraordinarii pro tempore & neceſſitate exigente conſtituti, l.2.§.capta, D. de orig. jur. & hi ſunt qui extra ordinem juſ dicere dicuntur, l. ſi in aliquam, in fi. D. de offic. proc. & tamē excuſantur à tutelis & curationibus, l.

administrantes §. 1. D. de excus. perinde atque  
hi qui ordinariam potestatem gerunt, §. ei qui  
potestatem, Inst. eod. Cæterum præfectus an-  
nonæ cognoscit etiam criminaliter de his quæ  
ad utilitatem annonæ publicæ pertinent, & ad  
accusandum admittit etiam mulieres, si qui di-  
cuntur annonam flagellasse, l. ult. §. ult. D. ad  
l. Jul. de amn. l. mulicrem, D. de accus. & ca-  
nonem frumentarium urbis per officia sua exi-  
git, l. 2. inf. de appar. præf. an. l. l. inf. de can.  
frum. urb. Rob. per centuriones & milites fuos,  
l. ult. §. ultim. D. de pign. aet. & dat ex contractu  
magistri & negotiatione convehendæ annonæ  
exercitori actionem extra ordinem in eos qui  
cum magistro contraxerunt, l. i. §. est autem,  
D. de exerc. aet. nam & navicularios, qui an-  
nonæ urbis serviunt, constat fuisse sub ejus  
cura, qui etiam petentes veniam ætatis apud  
eum de suis moribus probationes implent, l. i.  
Cod. Th. de his qui ven. æt. Imp. & negotiato-  
res, ut opinor, qui annonam urbis adjuvant,  
& in privilegiis naviculariis junguntur, l. sem-  
per §. negotiatores, D. de jur. imm. nam. & de  
pecunia debita ex negotiatione annonæ cog-  
noscit, l. ult. D. quod cum eo &c. Fuerunt  
etiam sub cura ejusdem mensores frumenta-  
rii, l. mensores, D. de excus. & pistores, &  
fundī dotales pistorum emolumentis adscri-  
pti, l. 12. & 7. Cod. Th. de pistor. &, ut Cas-  
siiodorus ait, per officians pistorum præf. an-  
nonæ discurrit, pensumque & munditiam pa-  
nis exigit Solicitus auro pensari panem quo  
Quirites aluntur. Et quamvis jurisdictione præf.  
annonæ videatur esse pars jurisdictionis præf.  
urbi, & ille sit sub dispositione præfecti urbi,

tamen pref. urbi nihil potest disponere 'de annonariis necessitatibus sine pref. annoñ, l. i. sup. de off. pref. urb. l. i. Cod. Th. de coad. in pub. hor. & ab eo appellatur princeps non prefectus urbi, l. ult. D. quod cum eo &c. Loco autem hujus tituli alii ponunt male titulum de quadrimenstruis brevibus, vel ut in quibusdam libris scriptum legi, de quadrimenstruis tam civilib. quam militaribus, est enim de his l. ult. sup. 31. & l. i. sup. 32. non specialis ullus tit.

### XLII. Enarratio.

**P**refectus annoñ ] mentio ejus in veterum inscriptionum corpore p. xxxii. 6. cccxiiii. 6. cccxxvi. 5, mlxxxvi. 6. Epictetus Arriani libro ii. cap. x. επὶ τῷ σῖτῳ ὅτι

Flagellat̄. ] Vide Observ. x. 19.

Cassiodorus ] Lib. viii. 18.

Mundit. pan. ) Mundus panis opponitur forido & furfuraceo. Vide Casaub. ad histo. Aug. script.

Sine pref. annoñ ) Vide Simeon. ad Sidon. i. ep. io.

### XLIII. De officio praefecti Vigilum.

*V. tit. 15. lib. 1. ff.*

**P**refectus vigilum spectabilis appellatur in l. 3. D. eod. Sed qui in hoc libro instituitur ordo, cum ponit inter clarissimos, neque est novum ut idem modo spectabilis censeatur,

modo clarissimus, exemplo sunt pretores, silentiarii, tribuni, notarii, & alii plerique. Porro custos hic est nocturnus urbis, judex obscurus, arbiter silentiosus, incendiariorum & furum indagator, & eleganter Cassiodorus pref. vigilum, fulta in furibus facis, dum illos noctu circumvenis. Constantinopoli praetor plebis appellatus No. 13. Vigiles milites sunt qui eis obsequuntur: nam & jure militari testari possunt, l. un. D. de bon. poss. & test. mil. & habentur pro absentib. reip. causa, licet praesentes sint, l. si maritus §. legis, D ad l. Iul. de adulter. ut si quid damni pertulerint dum eam militiam exercent, merito ex edicto restitui possint in integrum, meritoque dixerit Cassiodorus, eis tempora momenti esse pro-lata. Erant ex libertinis, ut Strabo & Suetonius & Dio scribunt. & Latini si sex annis militassent lege Visellia perducebantur ad ciuitatem Romanam auctore Vlp. tit de Latinis. Ceterum de criminibus, quae grauiorem animadversionem desiderant pref. vigilum cognoscit quidem, sed non pronuntiat, reos si liberi homines fuerint, remittit ad pref. vrbi l. 3. §. 1. l. ylt. D. cod. 1 i. hoc tit. Cassiodorus in formula pref. vigilum. Si tibi leges fures punire minime præcipiunt, tamen eos indagandi licentiam contulerunt. Et ita legatus proconsulis reos puniendos remittit ad proconsulem, l. i. sup. de off. proc. Et similiter prefectus annonæ cognoscit quidem de crimine fraudatæ annonæ publicæ, sed non etiam pronunciat, verum remittit reos, ut opinor, ad pref. vrbi vti eos vel condemnnet, vel absoluat, nisi specialiter prefecto annonæ datum sit ius gladij.

est enim uterque præf. sub dispositione præf. urbi. Equites Romani petentes veniam ætatis mores suos probant præfecto vigilum, l. i. C. Theod. de his qui ven. ætat. quia & ipse præf. vigilum creabatur ex equestri ordine, auctore Dionis, ex Senatorio ordine secundum N. 13. ut non male Tribonianus hoc tit. eum adjunxit Senatoriis dignitatibus, postremum tamen & prælato præf. annonæ.

### X L I I I . Enarratio.

**P**raefectus vigilum) Cledonius in arte: *Præfectus vigilibus bene dicitur, quia hic participium est præfectus, non nomen: præponitur enim disciplina nocturnæ.* Divus Augustinus in libro de Grammatica: *Sane sunt nomina sub duplice enunciatione, ut tribunus militum, præfectus urbis, præfectus fundis, præfectus annonæ, præfectus vigilibus.*

Porro custos hic est noct. ] Cassiodor. VII.  
7. *Custos Romanæ civitatis diceris.* Et mox: *Eris sicuritas soporantium, munimen domorum, tutela claustrorum, discussor obscurus, arbiter silentiosus.* Apuleius Metam. III. *Sum namque nocturnæ custodiæ præfectus.*

Incendiar. & fur. indag.) L. 3. §. 1. D. comedem.

Et eleganter Cassiod. in d. formula VII.

*Prætor plebis* ] *πρετόρος τῶν δημοσίων,* Theophylactus Simocatta hist. M. lib. vi. 10. Meminit Joannes Cantacuz. lib. iv.

Vigiles milites sunt ) *ἥσπατία τῶν νυκτοφύλακών,* Appian. v. de bell. civ.

Meritoque dix. Cass.) Lib. VII. 8.

Ut strabo ] Lib. 5.

Et Suetonius ] Augusti cap. xxv.

Et Dio ] Libro LV.

Cassiodor.in form.pr.vig.) d.form.7.

Nisi spec.præf.ann.dat.sit jus gladi. ] Vetus inscri.P R A E F E C T U S A N N O N A E U R B I S S A-  
C R A E C V M I U R E G L A D I I .

Auctore Dione ] d.libro LV.

## X L I V. De officio civilium Judicium.

**P**Ost speciales titulos singulorum magistratum dantur generales , & quia magistratum , sive Judicum , una divisio hæc est , alios esse civiles , alios militares , quid sit proprium civilium hoc titulo declaratur , quid proprium militarium titulo sequenti , quid commune omnium tit. 48. Civiles sunt , quibus inter privatos , vel inter militem actorem & privatum reum jurisdictio est , veluti præf. urbi , prætor & cæteri , de quibus hoc tantum in hoc titulo constitutum invenitur , ut benigne audiant allegationes eorum , qui se adserunt esse immunes à publicis functionibus , allegationem immunitatis suspendere exactionem tributorum , l.2. Ut honorati , principales nimis civitatum qui perfundi sunt omnibus muneribus civilibus , & cæteri omnes , qui honorariam adepti sunt dignitatem civilem , vel militarem , l.1. inf. de hon. veh. vel qui consulatum , aut aliam dignitatem administraverunt , ut in Nou. Valentiniani de hono. & qui in gr. præf. quibus jus est considendi in secretaris judicium , l.ult.inf. de off. diu. jud. cum

judice non sedeant interim dum eorum lis agitur, contestatur, & disceptatur, l. i. hoc titulo.

## X L I V. Enarratio.

**Q**ui perfuncti sunt omnibus hon.) Passim legibus in veteribus inscript. Honores omnes adeptus, omnibus honoribus in Republica sua functus, omnibus perfunctus honoribus. Illi dicuntur honorati, vel qui honorem gerunt.

Cum judice non sedeant τῷ τρόπῳ πολέμῳ τῷ αἰχοτῶν ἐπειόντε, καὶ τῷ ἔχει φίλον τῷ δικαιοῦμενος; καὶ μὴ καταφεγγεῖν τῷ αἰχοτῶν δικαιοῦσι: Hoc autem ad honorem magistratum invenitum est, ut hi quorum lis agitur, timeant, & magistratus qui judicaturi sunt, non contemnant.

## X L V. De officio militarium. Judicium.

**M**ilitares judices sunt, quibus non inter privatos, aut inter militem & privatum reum, l. 2. hoc titulo, sed inter milites, aut inter privatum actorem & militem reum iurisdictio est, veluti Comites, & magistri equitum & peditum viri illustres, l. pen. inf. de iurisd. om. jud. & viri spectabiles duces, aut comites rei militaris. Civiles judices, habent etiam suos milites, suam militarem manum. i. lictores & apparitores, sed horum officio in causis privatorum milites judicium militarium fungi non possunt, nec se eorum actibus imisfere.

X L V. Enarratio.

SUam militarem manum ) L. 68. D. de rei  
vind. διὰ σπανωτῶν, Græci ibid.

Lictores apparit ) Executores, viatores, ex-  
cubas. cibas.

X L VI. De officio tribuni & comitis  
rei militaris.

EX militaribus judicibus inferioribus, &  
E minoris laterculi sunt Tribuni & Comi-  
tes rei militaris viri clarissimi, l. i. sup. de off.  
quæst. tribuni scilicet minores cohortium, seu  
numerorum, & præfecti & præpositi castrorum  
honorati comitiva dignitate, de quorum of-  
ficio desideratur græca constitutio, in hoc ti-  
tulo. Superiores, magistri scilicet & duces  
sunt illustres vel spectabiles, & emittuntur ex  
majori laterculo.

X L V I. Enarratio.

EX majori laterc. ) De majori & minori la-  
terculo vide sup. tit. xxx.

X L V I I. Ne comitibus rei militaris,  
vel tribunis lavacra præstentur.

ETiam illud additur de Tribunis & Comi-  
tibus rei militaris inferioribus. i. clarissi-  
mis ( legendum enim est in l. i. hujus tituli, a-  
liorūmve minorum comitum, in l. 2. C. Th.  
codem, inferiorum ) ne à provincialibus, qui

eos hospicio excipiunt , exigant etiam privata balnea , hoc enim licere illustribus solis comitibus & magistris utriusque militiae , l. 6. inf. de metatis .

## XLVII. Enarratio.

**A** Litorumve minorum com.) In vet. Cod Juliani Brodxi , legitur ut vulgo .

## XLVIII. De officio diversorum Judicium.

**H**IC titulus est communis omnium judicium civilium & militarium , ne ob publica tributa ullius judicis auctoritate matres famili. domo extrahantur in forum , & quod de viduis additur i2.l. 2. C. Th. eod. ne è patria sua trahantur in sacrum comitatum relatum à Triboniano proprio titulo . Quam imp. int. vid.&c.& l.3 Theod. eod. tit. ut provinciales prætorium judicibus non componant , ornent , instruant : Sed ut ipsi sibi judices id compo- nant , si velint , & ut contenti sint annonis & ecclariis , quæ accipiunt ex orreis publicis , nec quidquam præterea exigant à provincialibus , ut l.32. C. Th. de eroga mil. ann. Communia hæc sunt præcepta omnium judicium , nec non etiam quod habet l.2. hujus tituli Constitutio Græca , quæ specialiter de Comite rei privatæ loquitur , & generaliter de omnibus judicibus urbanis & provincialibus , à me restituta in l. 7. inf. de delat. Et quod l.3. ne judices confundant invicem dignitatum gradus , puta ne minor judex majorem in relationum

suarum subscriptionibus quasi patem, fratrem  
audeat nominare, & l. ult. ut honoratis non  
negetur confessus in secretariis judicis.

## XLVII. Enarratio.

„ **L** Ex 2. hujus tituli ] Qua cavetur ne  
,, quemquam admittent deferentem alium  
,, quendam thesaurum invenisse : ut tamen  
,, eum admiringant, qui rem vel hereditatem  
,, ad fiscum pertinenter ab alio detineri nun-  
,, tiet, dato fidejussore ad summam quinque  
,, librarum auri, quo caveat se rem execu-  
,, turum, & probaturum, Cujacius ad l. 7. inf.  
de dicator, ex his Theodori Hermopolitæ:  
ei de πολλάκις αφ' οτε τὸς λέγων, ὅτια κρίπτει  
αρχῆγος διαφέρει τῷ δημοσίῳ, ἢ κληρονομίαν διαφέ-  
ρεισσιν αυτῷ, τόπου καὶ δεκτήν διορίζεται, καὶ εγ-  
γνητὸς ἀπαιτεῖθαι αὐτῷ πέντε λιτράς ἐγγυαμένης  
αὐτὸν αἱ ἐπεξέλθοτα τῷ αρχῆγῳ, καὶ ἀποτελεῖται αρ-  
σαγγελίαν αλητῆ.

Subscriptionibus ) Sic legitur in Codice:  
Brodæi.

Fratrem audeat nominare ) Basilica, καὶ μη  
δετοτε τόποις αὐτοφέροντες τολμῶσσιν ἀδελφούς αὐτοὺς  
ἀποστρέψειν: Nec enim in suis ad eos relationibus  
fratres eos audeant nominariæ.

XLIX. Ut omnes judices tam civi-  
les, quam militares post administra-  
tionem depositam l. dies in civitatibus,  
vel certis locis permaneant

**E**t etiam hoc commune omnium judicium  
provincialium ex Constitutione Zenonis,

ut perfuncti administratione , postquam suc-  
cessorem acceperunt , clarissimi in Metropoli  
provinciæ quam administraverunt , spectabi-  
les in majoribus potioribusque civitatibus ad-  
ministratæ diœceseos ( de illustribus nihil ex-  
primitur , quia aulicæ sunt potestates ) dies l.  
permaneant , & in publico faciant sui copiam ,  
ut volenti cuilibet sit cum eis civiliter aut cri-  
minaliter experiundi potestas de furtis aut cri-  
minibus . de furtis lege Julia repetundarum de  
aliis criminibus veluti peculatibus aut manu-  
biis , id est , deprædationibus & concusioni-  
bus aliis legibus , vel S. C. ut l. ult. inf. de mo-  
mul. quam rem Zeno vult definiri intra xx.  
dies , & interim reum juratorię cautioni com-  
mitti , qua adfirinet se in judicio permanfu-  
rum usque ad terminum litis . Confirmatur  
hęc præscriptio l. dierum Justiniani Nou. 8.  
95. 128. 161. & ex Nou. quidem 8. intelligitur  
in hac constitutione Zenonis procul dubio es-  
se legendum , nec ullam ante præfinitum tem-  
pus de provincia descendendi excusationem ei  
tribuat , vel divina revocatoria , vel codicilli  
&c. Quod autem quidam scribunt idem fuisse  
cautum lege Julia repetundarum prolata Cice-  
ronis auctoritate falsum est . Nam quod Cice-  
ro scribit ii. & v. epist. lege Julia cautum ,  
ne rectores provinciarum ex provincia dece-  
derent , antequam rationes pecuniæ publicæ in  
provincia confessas & consolidatas deposui-  
sent , non est de excipiendis actionibus om-  
nium , qui eos de furto , vel aliis criminibus  
compellare voluerint , & magis pertinet ad l.  
Juliam residuorum , ut l. sacrilegi §. ult. D. ad  
l. Jul. pecul. quam ad l. Julianam repetundarum .

Porro **Constitutio Zenonis** locum habet , non tantum in iudicibus , sed etiam in adsecessoribus domesticis & cancellariis iudicum l. 3. l. 8 inf. de adsecess. & vel in manipulariis , qui insimus est militie gradus militarium iudicum & ministris , l. 1. inf. ad l. Iul. rep. Ex No. Theodosij & Valentiniani de trib. fisc. erant præscripti tres menses , quos ante non liceret iudicibus prouincia decedere , & forsitan in l. vlt C. Th. de adsecess. legendum est, per continuos tres menses , non per continuum triennium , & in eadem No. eleganter hæc quoque harum Constitutionum redditur causa , ut coram positi bene actæ rei fruantur laudibus , aut certe si direptionis alicuius conscijs docebuntur , discessus celeritate se non subtrahant.

#### X L I X. Enarratio.

**U**T volenti cuilibet [ Ex militaribus sunt Comites ergo huic constitutioni conuenienter Cassiodorus in formula Comitivæ prouinciæ quæ l. est lib. vii Nec quicquam præsumas facere , nisi quod priuatus possis legibus vindicare &c. Pet. Faber.

Id est , deprædationibus ( Vide A. Gellium XIII. 23. ad finem .

Proculdubio esse leg. ( In vetusto Brodæri legitur ut vulgo.

**L.** De officio eius , qui vicem alicujus iudicis obtinet.

**E**T hic quoque titulus de quocumque iudice accipiens est , sive de eo , qui cuiuscumque iudicis vicem obtinet : Is vero non

est vicarius, non legatus, non is cui præses mandat iurisdictionem suam, sed is qui ut est scriptum l. 1. D. de tut. & cur. dat. moderamen provincie temporis causa obtinet, preside scilicet defuncto, vel quia ei prouincia ad tempus regenda commissa est. atque ita non nunquam procurator Cæsaris vice presidis fungebatur, l. 1. inf. de pcd. iud. l. 2. inf. de pœn. l. 3. inf. vbi cau. fisc. ut Pontius Pilatus procurator Cæsaris erat in Syria vice presidis, vel etiam quæstor ille olim qui cum proconsule, aut proprætore in prouinciam mittebatur pecunia publicæ causa. Porro ei qui vicem alicuius iudicis obtinet permitta sunt eadem quæ iudici, cuius locum tuerur, quod ei leges specia-liter dederunt, & est apud eum legis actio, perinde atque esset apud iudicem ipsum, l. 2. h. t. quæ tamen omnia legatum proconsulis, vel eum cui præses mandauit iurisdictionem constat non habere.

## L. Enarratio.

**I**S vero non est vicarius (Vide ad tit. xxxviii. sup.

Non legatus, non is cui præses, &c; Hi vicariam operam præstant.

Vt Pontius Pilatus procur. Cæs. (Sanctus Cyprianus de idolorum vanit Pontio Pilato, qui tunc ex parte Romana Syriam procura-bat. Iustinus in dialogo ad Tryphonem: Ιντροχεις της σαυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τῷ ψυχρῷ επιτρόπῳ τῆς Ισδαῖας χαροπαστεῖαι. Gallicus interpres non recte vertit, Procureur pour lors & President en Iudee. Iosephus belli Iud. 11. 14. οὐκοφέτεις ἃ εἰς Ισδαῖαν επιτρέπεσθε

πὸ Τίτεως Πιλᾶτος. Rufinus vertit : *Missus à Tiberio in Iudeam Pilatus, cum curandam accepisset regionem ut apud Tacitum, Achaiam curabat, Annali v. & Ann. vi. Aliam curaverat Nescio an Rufinus scripsiter, procurandam: ἐπίτρεπτος enim est procurator. Glossæ: ἐπίτρεπτος procurator.* Atqui Diuus Hieronymus comment. in Matthæum capite xxvii. Pilatum præsidem vocat. Iuuencus presbyter hist. Euangel. libro iv. *Consuluit Præses populum.* Sanctus etiam Hilarius Præsidem vocat, enarrat: in Psalm. ii. & Leo i. in serm. ii. de pass. D. & serm. vi. & alibi. Maximus Taurinensis homilia i. de accusato & iud. D. apud Pilat. quia Lucæ iii. legitur, *ημονίστρο.* Hinc Pilatus, τῆς Ἰσαίας οὐρανοῦ dicitur à Georgio Sincello in Chronographia, & Theophylacto in Matth. cap xxvi. Respondet Cuiacius Observat. xix. 13. & in Notis Mercatoris i. 21. 21. Præsidis nomen generale esse, quo continentur omnes provincias regentes. Ergo & procuratores Cæsaris, qui vice Præsidis funguntur.

Leges specialiter ded. ) Vide Cujacium ad Novellam viii. ad finem.

Constat non hab. ) Hoc ita nisi cum legato mandata est jurisdictione, ut scripsi pluribus ad ipsum Cujacium cap. xix. lib. xv. Observat. P. Faber.

LI. De adsefforibus domesticis; &  
Cancellariis iudicum.

ET hic quoque titulus est de adsefforibus quorumcumque iudicum Adseffores sunt Iurisprudentes, qui consilia iuuant iudicum, vel qui consiliis suis iudices adiuuant, l. 7. hoc tit. l. 1 C. Th. de Com. qui ill. ag adf. Macarius Homilia 15. ὅταν οὐκονται ὁ αρχων, λαμπράνει σαυτῷ βούτοι τὸν συγκατέχειν. non sunt iudices: nam nec libellis subscribere possunt, l. 2. hoc titulo nec causas audire & iudicare absente magistratu, l. 13. & l. pen. hoc tit. quarum una est Zenonis, altera Iustiniani, virtusque eiusdem sententia, & his paucissimis verbis perstricta in Basilicis: Μηδέποτε χωρὶς τὴν αἰχμήντων οἱ σύμπολοι δικηγόρων, τὰς ἐκείνους πρέπεις οἰόμενα. Habentur in iudicum partem, ut Cassiodorus ait xi. & Impp. l. omnis, Cod. Theod. de his quæ adm. trad. sunt. quædam vniuscuiusque iudicis portio videtur adseffor. Et chartis iudicum signa sua inponunt, l. vlt. hoc titulo, qua ex re & Comites dicuntur, & participes. Comites scilicet sedendi, ut Cicero loquitur, & participes conciliorum, aut participes consiliarij, & quasi pars iudicum, vel simpliciter consiliarii & consiliatores, ut βεληφόροις αὐθεντι Fulgentius interpretatur, consiliatorem virum, & inde adseffum pro consilio illo versu Propertij, Turpior adseffu non erit illa meo. & adsefforium in Pandectis liber, quo quæ ad ea consilia iudiciaque pertinent. explicantur. Dixi Iurisprudentes, vt l. 1. hoc titulo, l. 1. D. cod. nam ab eis Iurisprudentia

exigitur, quæ non exigitur in magistratu, cui  
adserunt. Cicero pro Plancio: P. Rom. ma-  
gistratum virtute & innocentia contentus est:  
quotus enim quisque disertus, quotus quisque  
iuris peritus est? Denique imprudentia impu-  
tatur adserori non magistratui, l. 2. D. quod  
quisque iur. Cancellarij autem sunt, qui iudi-  
cibus sunt à secretis, milites electi ad secreta  
iudicium periculo primatum officij ex eodem  
officio, l. 8. hoc titulo, ut in Basil. ἀπό τῆς τα-  
ξίδεως ὁ φειληντής εἰναι, ne quis ea verba, ex eodem  
officio, temere, etiam si non hebeantur in C.  
Th. tollenda putet sic dicti, quod scribendis  
& expediendis epistolis, iussionibus, edictis,  
relationibus, responsis, sententiis iudicium o-  
peram darent loco quodam proximo consisto-  
rio vel secretario iudicium, clauso reticulis si-  
ue cancellis, ut sit hodie etiam in curiis. quod  
ex Cassiodoro compertissimum est. & per hos  
etiam ad iudices admissionem fieri Agathias  
scribit l. histor. hoc addito de eorum appella-  
tione, τάχτους ἐθέλοντες οὐ τῷ κινδύνῳ ε-  
πινομαζεῖν καὶ τῷ τούτοις επιφελεῖσ. Qui sunt à  
secretis principum, tribuni & notarij dicun-  
tur. Qui à secretis iudicium, cancellarij Do-  
mesticos iudicium, de quibus & l. 1 inf ad leg.  
Iul. rep. quoniam lego arceri à publicis aëtibus  
necessitatibusque, l. 4. hoc titulo, puto nomen  
commune habere cum domesticis protectori-  
bus principium, eandemque sustinere militiam  
& creari ex officio iudicium periculo prima-  
tum, d. 18. & annonas de publico ferre, ut  
Cassiodorus docet ix. Var. sicut adscitores &  
cancellarios, ut tit. seq

## L I. Enarratio.

**A**dseffores sunt Jurisp. ) Divus Augustinus Confess. viii. c. Alipius otiosius ab opere Iurisperitorum post adsessionem tertiam, &c.

Qui cons. juvant. jud. ) δικηγορέων συμμετεχεν Libanius de vita sua. Gregorius Thaumaturgus in orat. Panegyr. in Origensem: ὁ τότε αρχων τῶν Πατλασίων τοῦτον παραλαβὼν ἐξαφίνεις αὐτοὺς μόνοις καθολομένους τῆς ὁμοκοίτου, ἡγαγόντες εἰς τούτο, συνεπιβαθμίσαντες καὶ κοίνωναντες τὸν τοῦ ἔθυσσαρχοτός πονεν νομικὸς γένεται, καὶ ἐστιν ἴστος ἐτι. Idem dicti συμπτωτοι, & συνεδρεῖ τε καὶ σύμβολοι: Heliodorus Æthiop. x. quæ duo sæpiissime conjunguntur, ut apud Zosimum v. & quem Sybilla συμβολων vocat, Lactantius consiliatorem interpretatur, libro vi. cap. iv. & xi. παρεδρεῖ in Nov. lx. cap. ii. Glossæ: παρεδρεῖς, adseffor Ulpianus in Midianam: παρεδρεῖς γένεται τοῖς νεωτέροις, οἱ νῦν παλαιότεροι συντριβεῖσθαι. & μένον, D. de excusat. vide Harmonop. iv. tit. ii. §. xi. Glossæ: συμβολεῖδρος, adseffor. concessor Anastasio in hist. Ecclesiast. vide quæ ibi diximus. & Cujacium ad Novell. cxix.

Nec causas audire ) Nec judices sine adsefforibus. Achilles Tatius Clitoph. & Leuc. viii. οὐ μὴ γένεται συμβολεῖσθαι, καὶ σδὲν αὐτὸν τούτων ἐξεῖσαι. Tu adseffores habes, sine quibus nihil tibi decernere licet.

Ut Cassiadorus ait ) Libro xi. 4.

Comites sedendi ) Ut apud Homerum il. iv. οἱ δὲ Γενεὶ παρ Ζεὺς παλιμψοι ἡγεμονίο: Dij

autem apud Iovem considentes tractabant. Sic Latinus interpres Irænei de hæresibus libro ii. c. xl.

Ut Cicero loquitur ) Epistol. ad Attic. v. ii. edit. Aldi anni 1544. vides editionem Sebastiani Corradi, quæ prodiit ann. 1549. & Sim Bosum.

Consiliatores / Plin. iv. ep. 17. Consiliator & rector. Facundus Hermian. libro iv. Consiliatoribus igitur vobis in his quæ incurvant utor. Utitur Auson. in Consul. Glossæ: γηγόρν, consiliarius, consiliator, suasor. Lactantius lib. ii. 8 Eo consiliatore usus est.

Fulgent ) Mythologijæ iii. cap. i.

Propertii ) Elegia x. i. libri iv.

Adscitorium ) L.12. D. de pact. l. 5. §. hac lege, D. de injur.

Quæ non exigitur in magist. ) Vide lib. xiii. Observat. cap. ult.

Ult. in Basilic. ) Libro vi. tit. i. cap. xvii.

Secretario judicum ) συκριτῶν δικαιοπίου, in Cod. Cann Ecclesiæ Africanæ cap. xcvi. Divus Augustinus Soliloq. cap. xxvi. In libro tuo scripta de me in secreto consistorii tui. Vide Glossarium nostrum ad Cedr.

Sive cancellis ) M. Tullius pro Sextio: Tantus in fori cancellis plausus excitatus. Græci κεκλίδες vocabant Sanctus Basilius Selencijæ de vita S. Teclæ lib. i. εἰπὼ δὲ τὸς δικαιοκήσ κεκλίδες παρελθών, καὶ τὰς ἐπιτάξ βιματος τοιῶν δὲ ἀπηγένετο λόγων. Etymologicum: δεύφαχτοι αἱ τῶν δικαιοειων θύραι, ήγουν καὶ γκελλα.

Quod ex Cassiodoro ) Lib. xi. 6. ix. variar.

LII. De annonis & capitu administrantium, vel adsefforum, aliorumve publicas solicitudines gerentium, vel eorum qui aliquam consecuti sunt dignitatem.

**H**is omnibus judicibus de quibus actum est titulis superioribus, & adsefforibus domesticis, cancellariis eorum, & aliis omnibus quibus curatio, officium, ministeriumve publicum aliquod injungitur, ut Comiti Commerciorum, cui curæ est, ne commercia illicita exerceantur, cuique soli à barbaris comprandi serici in usum principis jus potestasque est, & sine quo cum barbaris ultra fines constitutos negotiari non licet, & magistro linæ vestis, magistro æris, Comiti auri & rationali utriusque ærarii, ac similibus omnibus de publico præbentur salary, i. annonæ & capita. & adsefforibus ea Alexandrum instituisse Lampridius scribit, & confirmat, l. 4. D. de off. adseff. Annonæ sunt veluti panis, vīnum, oleum, liquamen, laridum, &c. quibus vitam toleramus. Capita sunt pabula equorum, mulorum, camelorum, quibus vehimus nos, aut sarcinas impedimentaque nostra. Ammianus Marcellinus xxii. pabula jumentorum, quæ vulgo dictitant capita. Hesychius ῥεπτήρ, παράγοντα αλόγου. Igitur in l. 2. inf. de cur. pub. & l. 9. inf. de ju. fisc. alimenta pecorum. vel pabula sunt capita, sumptus familiæ, annonæ. Dicitur singulari numero capitum, ut l. 2. sup. de off. præf. præt. Afr. & No. Theod. de tribus fis. & Cassiodori v. 1. ad e-

quos capitum definitum. & patro casu , capitu, inflexione Græca. Porro solebant hæc præberi in speciebus ipsis. Verum hac constitutione rediguntur ad prætia definita in delegationibus , quæ eo nomine singulis officiis dantur. Delegationes quæ & delegatoriæ , sunt notitiæ quæ singulis administratoribus & officiis delegantur , quibus annonæ eis debitæ taxantur , & capita, aut pretia eorum , quæ sumant ex tributis illius , vel illius provinciæ , vel ex publicis horreis.

## L II. Enarratio.

**C**uique soli à barb. ) L. 4. & l. ult. inf. de commerc. & mercat.

Lampridius scribit ] In Alexandro.

Αλόγων ) Item : ηγεμονία , κτημῶν τροφή.

Delegationes ) Delegatio apud Suidam exponitur , annonæ transvectio , & in veteri Glossario. MS. διληγάτιον , καὶ Ρωμαῖς ἡ ἐπαγὴ τῆς στοπομετρίας καὶ ἡ αὐτὸν μετακομιδὴ. Sed hæ Glossæ magis pertinent ad annonam militarem , & delegatores , qui expeditionis tempore provident copiis militaribus : & ideo cessante bello nullæ erant delegatorum partes. Julius Pollux in Cronico : ἀλλα καὶ πίλερον κιέμενον δηληγάτορ ἐκαθίστο εἰς τὴν πόλει ἡ ὁτὲ ἐπαύετο ὁ πόλεμος , ἐκουφίζετο καὶ ὁ διληγάτως. Vide Novellam cxxx. capite I.

Quæ & delegatoriæ ) L. missi 7. inf. de exaction. tribut.

**LIII.** De contractibus judicium , vel eorum qui sunt circa eos , & inhibendis donationibus in eos facie- dis , & ne administrationis tempore proprias ædes ædificant sine sanctione pragmatica.

**U**T superior ita hic titulus communis est judicium omnium, & adsefforum , vel domesticorum , quo Justiniani Constitutione judices urbani separantur à provincialibus , ita ut urbani ex pragmatico principis emere , & proprias ædes ædificare possint , non etiam donationem accepere , quæ tamen si facta fuerit , post depositam administrationem confirmari potest , vel ratihabitione donatoris , vel silen- tio quinquennii. Provinciales autem ne ex re- scripto quidem principis emere per se , vel per aliam personam quidquam possunt præter ea quæ vietus quotidiani sunt , nec domum ædifi- care , aut navem , ut l. aufertur , §. quod à pre- sde , D.de ju. f. c. nec duxere uxorem , l. qui in provincia , l. præfetus , D.de rit. nup. ac. mul- to minus donatum suscipere : quo verbo etiam hereditatem significari testamento extranei reliqtam conveniens est his , quæ de hac constitu- tione ex Theophane retulit Anastasius bi- bliothecarius ; & quæ in eos forte collata fue- rit donatio inter vivos , aut venditio , nec ra- tihabitione , nec silentio quinquennii confir- matur , nimicum abrogata , l. 5. & 6. C. Th. de his quæ adm. vel off. pub. ger. quæ admittit præscriptionem quinquennii , & abrogata

etiam No. Valentiniani de conf. his quæ adm.  
vel pub. off. ger. dist. veldon. qua nos tamen  
in Gallia utimur magis. Et ratio differentiæ  
inter urbanos & provinciales , quia major est  
in provinciis præsidibus garnandi copia si sua  
potestate abuti velint , idcirco durioribus le-  
gum vinculis coercentur , ac similiter, ut dixi-  
mus , tit. 14. mittuntur in provincias exteri &  
incogniti provincialibus , in urbe fere cives  
aut incolæ magistratus capeſſunt. Qui sunt  
circa eos , dixit, ut l. 33. D. de rebus cred. pro  
adſefforibus vel domesticis , & aliis officiis , &  
rursus secundum hanc constitutionem Justi-  
niani quod exicpitur in l. non licet , D. de  
contr. empt. niſi ſpecialiter quibusdam hoc  
conceſſum ſit , habet locum in urbe tantum ,  
& addenda alia exceptio ex l. qui officii , D.  
eod niſi paterna à fisco detrahantur , ut l. mi-  
lites , D. de re mil. & l. princeps Cod. Th. de  
his quæ adm. vel off. pub. ger. Videnda hac de  
re No. Leonis 84.

### L III. Enarratio.

**A**Naſtarius bibliothecarius ) In historia  
Ecclesiastica. Faciens , inquit, singula-  
rem Codicem , & vocans eum Novellas conſti-  
tutiones , in quibus non permittit Principem in  
locis quibus præſt , emere poſſeſſionem , aut aedi-  
ſcare domum , aut hereditare extraneam perſo-  
nam , niſi quis ſibi cognatus exiſtat. v. Theopha-  
nes edit. Reg.

**LIV.** De modo multarum quæ à judicibus infliguntur.

Pertinet etiam hic titulus ad judices omnes de quibus actum est supra. Omnes enim qui iudicationem habent, id est qui publice iudicium exercent, multæ dictionein & pignoris capionem habent, qua suam tueantur jurisdictionem & coercent inobedientes, l. 2. §. ult. D. de re jud. l. aliud §. ult. D. de ver. sign. & excepti tantum inveniuntur procurator Cæsaris, & curator Reip. l. 2. & 3. hoc tit. & defensor plebis, l. 5. tit. seq. Sed nec ad infinitum cuilibet judici multam dicere licet, l. 5. inf. quam proc. non est nec. Modus quem sequi unusquisque debet in multa dicenda hoc titulo definitur Præfecto prætorio supremæ multæ irrogandæ jus est, l. 4. hoc tit. Cassiodorus: Magna, inquit, quantitate multat errantes, & plerunque omnis multa accedit fisco, nisi specialiter deputetur publicis operibus, vel cursui publico, vel aliis necessariis causis, l. 5. hoc tit. vel pauperibus, l. 2. sup. de episc. aud. quod sit in omnibus causis ecclesiasticis, l. 20. Cod. Theod. quor. ap. non rec. & Cassiodorus VIII. Var. Multa autem est pecuniaria coercitio, non est satis: nam & poena quædam est pecuniaria coercitio pecuniaria igitur coercitio, quæ arbitrio judicis irrogatur. Nam & si certum modum judex non possit excedere, intra eum modum tamen sui arbitrii res est quin etiam postea quam multam irrogavit, ex causa moderari eam & remittere, verbi gratia, propter inopiam rei, i. necessitatem solutionis, l. ult. in fi-

ne, hoc tit. l. 6. §. pen. & ult. D. de off. præs. repræhensa, ut ait, exactorum avaritia. Bene reprægensa & compræhensa, l. 16. C. de don. int. vir. non punita. Minus enim est repræhendere, l. 7. §. ad tempus, D. de interd. & rel. Cicero pro Flacco: non modo repræhendendum, sed etiam condemnandum putas. Et omnino abrogari contrario judicio, moderari vel remitti multæ dictio, sicut nec quælibet alia sententia ab eodem judice potest, à superiori potest. Plinius iv. Epist. prætor Senatori multam dixit, egit ille in Senatu causam suam sic ut deprecaretur remissa est multa.

#### LIV. Enarratio.

**P**rocurator Cæsaris ) Id est rationalis. In vetusto Menagii sic legitur, id est rationales. Sic etiam Brodæi membranæ.

Cassiodorus Libro vi. 3.

Et Cassiod. viii. Var.] xxiv.

Certum modum ) Definitum modum, ultra certum modum condemnare non licet.

Remitti ] Nec putent factum facile esse, ut aut præcipiti persuasione condemnent, quem culpa non ingratavat: aut erubescenda varietate: iudicij pro arbitrio proprio immutandum esse, quod lex juss erit, l. ult. in fi. Sic legitur ille locus in veteri Brodæi.

Plinus iv. epist. ) epistola xxix.

#### LV. De defensoribus civitatum.

**M**agistratus, de quibus actum est supra, vel in urbem Roma veteri, aut nova Rem.

Publicam administrant, vel in aula principis, vel in provinciis, & ex his aliis diœceses regendæ commissæ sunt, aliis provinciæ singulæ. Hi de quibus sunt hi postremi tres tituli non urbis, non provinciæ, non diœceſeos, non aulæ, sed civitatum singularum potestates sunt. Et defensores civitatum in primis, similes tribunis plebis, qui olim in urbe fuerunt: Nam & defensores plebis dicuntur, defensores locorum, patroni, parentes rusticorum & suburbanorum, l. 3. & 4. hoc titulo l. 1. tit. ult. hujus libri l. ult. inf. de priu. ag. in rebus, & præhensionem habent sicut i Tribuni plebis, l. 22. sup. de ep. aud. No. 15. in qua plenius scripsimus de officio & jurisdictione eorum. Sed invenio etiam ad eorum curam pertinere persecutionem servorum fugitivorum Reip. ex l. mancipia inf. de ser. fugit.

## L V° Enarratio.

**C**ivitatum singul. potestat. sunt ) Oecumenius in Acta Apostolorum capite xxviii. defensores civitatum comparat ἀρχαῖοις, qui minores erant judices in Asia: εἶδος λοῦ δικαστὴν τῆς Ασίας εὐτελῶν οἱ ἀρχαῖοι οἵ πνες ἐδίκαζον τωῖς πένιοις, καὶ ἀρχαῖοις αὐθεντοῖς, διὸ καὶ ἀρχαῖοι ἐκαλουσίτο, ὅταν εἰσὶν ἐνδικοὶ καὶ πόλεις τινὲς. οἱ δὲ αὐθεντατοι τῆς τῆς πλουσίων, η̄ τῆς ἐκλημένων δίκαιας ψήκουσι.

Ad eorum curam pert. ) Commerciorum dispositionem: ad hos pertinuisse colligas ē Cassiodori lib. vii. variar. form. xii. de defensoribus cui. civitat. P. Faber.

## LVI. De magistratibus municipibus.

IN quibusdam civitatibus erant defensores tantum, i. in hac inf. de donat. in quibusdam defensores plebis, atque etiam magistratus municipales, plurimum Duumviri, similes duobus Consulibus populi Romani. Et sumebantur quidem Duumviri ex ordine decurionum, defensores ex plebe l. 2. sup. tit. prox. utriusque decreto clericorum, honoratorum, possessorum, decurionum, l. 8. cod. l. 1. D. ad l. Jul. de amb. Nou. Leonis 46. & 47. ex quibus tamen hodie etiam creatio eorum pertinet ad principem. Utrique habent jus conficiendum auctorum l. penult. sup. tit. prox. l. 2. hoc titulo praesentibus scilicet tribus curialibus & exceptore publico, ut l. 151. C. Th. de decur. & Nou. Theod. de tribus sis. Utrique habent jus dandi tutoris l. 3. D. de tut. & cur. da. §. nos autem, Inst. de Att. tut. Cæterum quam invenio legis actionem aliquando esse apud magistratus municipales, l. ult. inf. de man. vind. l. 4. D. de adopt. & Pauli 11. Sent. tit. xxv. nusquam invenio esse apud defensores plebis, & rursus quam invenio multæ dictiōnem non esse apud defensores l. 5. sup. tit. prox. suspicio fuisse a. apud magistratus municipales, licet penali iudicio jurisdictionem suam tueri non potuerint, eo scilicet de quo agitur l. 1. D. Si quis jus dic. non obt. nam & pignoris capionem habent, l. quemadmodum §. Magistratus, D. ad l. Aquill. 4. §. 1. de dam. inf. l. 3. §. 1. D. de reb. eor. &c. & modicam coercitionem in ser-

vos , l.i2.D.de jurisd. l. si privatus , D. qui &  
a quib.man.l.i5.§.adjicitur, D.de in jur. Major  
igitur est magistratum quam defensorum po-  
testas.

## LVI. Enarratio.

**M**Agistratus municipales] Hos Græci *σεξ-*  
*πλυντος* vocant. Glossæ : *σπαθηγος magi-*  
*stratus* , *duumvir* , & *magistratus* , *σεξπλυντος*.  
Instit.de Attil.tut. ] Et l. 30. sup. de ep. and.

## LVII. De officio juridici Alexandriæ.

*V. tit. 20. lib. i. ff.*

**C**onstitutio hujus tituli docet, etiam Juri-  
dico Alexandriæ jus esse actorum confi-  
ciendorum. Fuit & jus dandi tutoris & legis ac-  
tio, l. 1. & 2. D.cod. §. nos autem , Inst. de att.tut.  
& jurisdictione in Alexandrina civitate , & inde  
Iuridici nomen proprium , quod poterat esse  
commune , *δικαιοδότης* Straboni , æquidicus  
antiquis inscriptionibus , sub præfecto Augu-  
stali & ipse Augustalis. Ordo autem fine curia  
Alexandriæ initio nulla fuit ; sed neque ullus  
Alexandrinus in Senatum urbis cooptari potuit  
ex lege Augusti , post Severus Alexandrinis jus  
curiæ dedit, Antoninus jus in Senatum coëun-  
di , auctore Dione lib. li.

## L V I I . Enarratio,

**L**egis actio) Et ideo apud eum fiunt emancipationes & manumissiones, Thalelæus ad leg. 2. inf. commun. de manumiss.

Δικαιοδότης) Glossæ: *Juridicus*, δικαιοδότης.  
*Juridicus Aegypti*, verus inscriptio Gruteri p.  
ccclxxiii. i.


Straboni / Libro xvii.

Æquidicus ) Vetus inscriptio pag. Dccciv.

9.

9. Alexandrinis jus curiæ ded. ) Spartianus in  
Severo. Vide Cujacium ad l. 56. Cod. de de-  
curionibus.





# C O D I C I S J U S T I N I A N I L I B E R S E C U N D U S.

---

## T I T U L U S P R I M U S.

De edendo.

*V. tit. 13. lib. 2. ff.*

**E**XPOSITIS officiis diversorum judicum ordinem tractandum suscipit quo de jure suo quisque apud judices experitur, & initium facit ab editione actionis, ut Ulpianus quoque & Paulus libris ad edictum, ut inde fiat verisimile etiam ab editione cœpisse edictum perpetuum, cuius ordo utique magis observatur in Codice quam in Pandectis. & vero Pandectæ initium faciunt à vocatione in jus, non ab editione actionis, & defendi possunt hac ratione, quod eodem fere tempore & reus vocaretur in jus, & ei edetur actio, quæ res efficit, ut omnium actionum instituendarum principium dicatur proficiendi à titulo de in jus vocando in §. ult. Inst. de poen. tem. lit. ut æque contra possim dicere, omnium actionum instituendarum princi-

pium proficisci à titulo de edendo : Nam facile constitui non potest , editio , vocatione , an vocatio editione tempore prior fuerit , conjunctæ potius & adfines videntur , atque contiguæ . Est autem edere actionem demonstrare specia- liter genus futuræ litis , l. 3. hoc titulo , vel exprimere speciem & nomen actionis , l. ult. inf. de interd. Editio præparatio , & initium litis . **Contestatio** , initium litis atque judicii . & de editione actionis est tantum in hoc titulo l. 3. Aliæ leges pertinent ad quæstiones adfines , an reus edat actori rationes suas , an actor reo , an acta publica edantur cuilibet postulanti , proprie ad edicta de edendo non pertinent , quæ sunt tan- tum de edendis actionibus , & instrumentis litis , & de edendis rationibus argentariorum . Inve- nio , & reis accusatores edere crimina v. sentent . Pauli .

### TIT. I. Enarratio.

**L**ibris ad edictum ) L. 1. 2. & al. D. eod . Edictum perpetuum ) Quod Adrianum vocat Pæanius Eutropii metaphrastes VIII . quoniam auctoritate Adriani Imperatoris à Salvio Juliano J.C. compositum est .

Vocaretur in jus ) Placet quibusdam actio- nem editam ante vocationem in jus , & utun- tur auctore Terentio in Adelph. act. 2. Sc. 1. Æschinus enim Sannionem lenonem in jus vo- caturus actionem ei edit his verbis .

— *Nam ego liberali illam adsero causa manu*

*Nunc vide : utrum vis argenteum accipere ,  
an causam meditari tuam.*

*Delibera hoc, dum ego redeo, leno.  
Et in ea sententia est Cujacius Observ. libro x.  
cap. x. Per contrarium vocationem in jus præ-  
cessisse argumento est Plaut. in Aulularia act.  
iv. sc. x.*

*Fam quidem ad Praetorem, hercle, te rapiam,  
& ibi scribam dicam.*

Specialiter genus ) Ut edere actionis genus  
in Novella Valentiniani de Episcop. jud. spe-  
cialiter genus litis edere, l. 2. C. Hermogen.  
de calumniat. Ammianus Marcellinus libro  
xxx. *Ut nondum se patroni post speciem litis trien-  
nium editam causentur instructos.*

Contestatio initium litis atque jud.) L. i. inf.  
de lit. contest. & l. 3. hoc titulo, ex quarum le-  
gum coniunctione constat, quæ sit differen-  
tia inter editionem actionis & litis contesta-  
tionem. Editio est litis præparatio: per hanc  
enim reus actionis speciem cognoscit, d. l. i.  
quæ omnino instituenda est ut judicium pro-  
cedat. Collatio Carthaginensis cum Donati-  
stis III. *Cum iste cardo sit causæ, ut is qui al-  
terum in judicium vocat, instituere actionem  
debeat, & provocare ad responsonem, adver-  
tat ptudentia tua, eos prosequi debere, utrum  
nobis, vel quam instituant actionem, ut respon-  
dere possimus.* Litis vero contestatio est ini-  
tium judicii, l. amplius 15. D. rat. rem. habi-  
tur In l. 3. inf. de litis contestat. verba illa,  
*ante inchoatam litem, sic interpretantur Basili-  
ca: ἀφ' τῆς αρχατίρησες, ante litem contesta-  
tam. & mox, verba illa, sin autem & liti præ-  
buit exordium, sic etiam auctores Basilicān ex-  
ponunt, εἰς τὴν αρχατίρησαν: sed et si litem con-  
testatus sit.*

**E**dat actori ] Edere & exhibere rationes promiscue dicimus, l. i. & 2. h. t. ut edere nomina creditorum, Seneca de benefic. II. cap. vii.

**R**ationes suas ] Codicem rationum, l. argentarius 10. §. i. D. cod.

**R**ationes suas ] L. i. hoc tit.

**A**ctor reo ) l. 5. hoc tit..

**A**cta publica ] L. 2.

**R**ationibus argentar. ) L. i. §. 2. & 3. l. 4. D. cod.

**V.** Sentent. Pauli ) Tit. XVI. §. ult.

### I I. De in jus vocando.

**V.** tit. 4. lib. 2. ff.

**I**N jus vocare non est libellum dare judici, l. 5. D. cod. l. quæ situm D. ad Turpill. non interpellare judicem defensionis suæ audiendæ gratia, l. 14. D. cod. sed ducere vel trahere invitum ad judicem agendi gratia, quo genere hi quibus reverentiam debemus honeste non vocantur, nisi præmissa venia. Venia conservat reverentiam illæsam.

### I I. Enarratio.

**I**N jus vocare est ad Prætorem, vel alios, qui jurisdictioni præsunt vocare juris experiundi causa, l. i. D. de in jus voc. l. 2. D. si quis in jus vocatus non ier. εἰς δίκαιον καλεῖν. Theophilus §. 3. Inst. de poena tem. litig. id est, in jus, vel in judicium vocare, ut in l. 2. §. prætor. D. qui satisd. cog. vocationis formulæ erant hæ in juste yoco, in jus eamus, in jus veni, in

ius ambula, quæ notissimæ sunt ex Plauto, Terentio & aliis. Is autem qui in jus vocatus est, protinus sequi debet. Auctor ad Herennium libro II. *Lege jus est, id quod populi iussu sancitum est, quod genus, in jus ut eas cum voceris, aut manu, seu vi duci, rapi, & trahi potest, nisi satisdet judicio fisti, l. si vero §. §. ult. eod. l. sed et si l. D. de in jus voc. Auctores nostri videntur uti verbo duci tanquam leniore, argumento inscriptionis l. 48. D. de verb. sign. qui neque sequantur, neque ducantur. Titus Livius lib. II. *Cum in jus duci debitorum vidissent. Alii vero rapi. Plautus in Rud. act. III. sc. VI. Rapi te obtorto collo mavis. & mox : In jus rapiam exulem. Horatius I. Sat. 9. aut trahi. Plautus in Pœn. act. 3. sc. V. obtorto collo ad Prætorem trahor. Valerius M. libro V. cap. III. Patriam suam in jus ad aliam civitatem pertraherent. Si in jus vocatus non sequatur, rapitur, trahitur. Seneca ex Cleanthe : Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. In epistola Jacobi cap. II καὶ αὐτὸι ἐλκυσθεῖμεν εἰς κρήπην οὐα. Lucianus Δικαιοπίοις : ἐπεὶ μετέρι περὶ τὴν δικαιογένειαν. A. μὴ ᾔχε μέ.**

Ad judicem ) Ad Prætorem, l. I. §. I. D. defer. nam & Prætor ipse judex olim appellabatur auctore Livio III. Cujac. Obs. x 10. & ita accipitur in l. 41. D. de minor. Cujac, ibid. vel alios qui jurisdictioni præsunt, l. 2. §. si quis in jus vocat, non ad pedaneum judicem, l. 3. §. I. D. ne quis eum qui in jus voc.

Agendi gratia ) Apud Prætorem prius quam judex detur specialis, quodammodo agendi potestas datur, ut M. Tullius ait II. de invenzione, Cujac. d. c. x.

Reverentiam J[usti] l. parentes 6. l. patronum 10.  
§. 2. l. generaliter 3. eod. l. 1. 2. & 3. h. tit. ho-  
norem , d.l. 10. §. 3. l. 2 h. t. Hodie quia non  
ducuntur , qui in jus vocantur , consequenter  
ut ejusmodi personas in jus vocemus , nihil in-  
digemus petitione veniæ , Cujac. d. cap. 10.  
Honeste ) l. 4. §. 2. D. eod.

Præmissa venia ) Permissu Prætoris , jussu ,  
præcepto , venia edicti petita , d. l. 4. l. 8. l. 10.  
§. 3. d. l. 13. *συστημα*, Theoph §. 3. Inst. de  
pœna tem. litig. Gratiam facit Prætor edicti ,  
quo vetabat ejusmodi personas in jus vocari ,  
dum permittit vocari , l. 2. h. tit.

### III. De Pactis.

#### V. tit. 14. lib. 2. ff.

**F**Rustra adversarium in jus vocasti & ab eo-  
dem frusta stipulatus es judicio sisti , si te-  
cum postea de re transegerit ante vel post diem  
in quem sisti promisit : Nam et si contemnat  
promissionem judicio sistendi causa factam ,  
vel stipulatio non committitur , vel eliditur ex-  
ceptione pacti aut transactionis : ideoque in  
hoc judiciorum instituendorum exordio ; quo  
plerunque litium transactiones fiunt inter par-  
tes quæ pâctorum species sunt , titulos dedit  
de pactis & de transactionibus. Pactum est  
conventio cuius nullum neque nomen pro-  
prium subest , neque causa . Vel , res de qua con-  
venit , quæ nomen non habet aliud quam pacti ,  
quæque nondum ulla ex parte paciscentium  
sumpsit effectum. Denique pactum nudum ,  
solum , simplex , quod *κατ' εξαγρελον* nudum

dicatur, non ἀεὶ διασολὺς Græci ita definiunt, si neque datione aut facto ullo præcedente convenierit tantummodo de dando vel faciendo. quæ definitio etiam in stipulationem cadit. Sed hæc proprium & speciale nomen habet, quod lex dedit ut appareret non inanem, non inefficacem conventionem esse, non inane nomen. Sed & si definieris, conventionem esse quæ placiti fine stetit, ut l. si tibi inf. de loc. l. si divisionem inf. fam. erc. ut Quintilianī declamatione quadam, intra verba primumque promissum stetit: idem conveniet emptioni venditioni, quæ tamen contractus est non pactum, quia ei jure gentium proprium nomen inditum est.

### III. Enarratio.

**E**liditur exceptione pacti aut transacti. ) L. 2. D.  
si quis caution. jud. fist. cau. fact.

Quo plerumque litium transact. ] Consul-  
tius utique est rem transactione dirimere,  
quam in ambiguam litem descendere, ut sunt  
judiciorum incerta, ut ait Calp. Flaccus in de-  
clamat. xxii. vere Divus Chrysostomus in  
homilia xvi. in epistolam Divi Pauli ad Co-  
rinthios: οὐ γὰρ αὐτοῖς τοῦτο εἰπεῖν διηγένεσον συ-  
νηγέρει, μηδέποτε ταῦτα λέγεντα οὐδὲ βέλτιον εἰπο-  
τείναι πλεύσομεν: nam ipsi quoque patroni judi-  
ciorum externorum millies? hæc dicunt, melius  
esse rem extra judicium transactione dirimere.

Quæ pactorum species sunt ) Pactum est ge-  
nus, transactio species, l. 2. D. de transact.

Neque nomen proprium ] L. 7. D. eod.

Neque causa ] Causa est datio vel factum.

V. Cujacium ad dictam legem septimam.

Sumpsit effectum ] de dando tantum , vel faciendo convenit : veluti, dabo tibi Stichum, tu mihi Pamphilum , vel dabo tibi Stichum , tu mihi domum ædificabis.

Pactum nudum , solum ] Ut sola proprietas: id est , nuda in l. qui usum fructum 36. §. I. D. de usufr. ut apud Græcos γενερος est μερος , ut observat. cl. v. Daniel Heinsius in librum I. Silii Italici

Non τες Αλεσολις ) Non quod aliud sit vestitum cohærentia contractus , ut loquuntur interpretes.

Græci ita definiunt ) Vide Harmenop. I. IX. II.

Declamatione quadam ) Declamat. cclxviii.  
Quia ei jure gentium ) Contractuum nomina propria jure civili prodata sunt , l. 3. D. de præscript. verb.

IV. De transactionibus.

V. tit. 15. lib. 2. ff.

Transactio est pactio , qua lis vel controversia , & res aliqua dubia perinde ac judicato dirimitur. Nec enim minus ex transacto quam ex judicato eventus litis pendet , l. ult. D. mand. Vel decisio litis aut controversiae facta consensu partium. Controversia est litis causa. Lis est controversia quæ jam contestata est tabellis obsignatis , vel res in judicium deducta. Pacti nomen latius patet quam transactionis. Nam pactum fit etiam de re certa & indubitata donationis causa , veluti pactum de

non petendo debito. Transactio est pactum, quod fit tantum de lite incerta neque judicata, aut de re dubia, l. i. D. eod. veluti de conditionis incerto, l. i. sub de pact. atque ita nunquam fit gratuito, nunquam donationis causa, sed aliquo dato vel retento vel promissō, l. 38. hoc tit. & à donatione separatur. l. ex condicione §. Pap. D. loc l. quidam, D. de donat. I. iutores. §. ab eo, D. de adm. tut. Denique transactio refertur ad litem vel negotium aliquod ambiguum: & ut quidam ait, est *eipsum  
similium.*

#### IV. Enarratio.

**P**Erinde ac judicato ) L. 20. h. t.

**P**Consensu partium ) Libero arbitrio & voluntate, l. 41. h. t.

**C**ontroversia est litis causa ) Varro vi de L. L. Quibus res erat in controversia, ea vocabantur lis.

**Q**uæ jam contestata est ) Nec enim proprie lis est antequam contestetur, sed controversia. Cujacius observ. ix. 21.

**T**abellis obsignatis ) Litis contestatio fiebat testibus præsentibus, ut notissimum est ex Festi loco in v. *contestari*, eaque tabulis prescribebatur, quas testes obsignabant. Macrobius III. Sat. cap. xvi. hæc profert ex oratione C Titii qua legem Fanniam suasit: *Iubent dicere. Quorum negotium est, narrant. Judex testes poscit. Ipsius it midum. Vbi reddit ait, se omnia audivisse. Tabulas poscit. Litteras inspicit.* Locum Macropii Cujacius adfert ad tit de lit. contestat. II. Decretal. sed ple-

niorem interpretationem desiderabat. v. inf. t.  
ix. libri iii.

Vel res in judicium deducta JL. i. inf. de lit.  
contestat.

Donationis causa ) L. i. D. eod.

Εἰγλωκὴ συναλ. ) Ut Chrysostomus de polit.  
mor. φλιξὴ διάλυσις, qua finitur τὸ τῆς δίκης  
ἔδηλον τέλος.

## V. De errore calculi.

**P**Ost titulum de transactionibus datur hic  
titulus, quasi pars illius, ut intelligatur,  
corrigi transactionem si erratum sit in computa-  
tione, nisi specialiter etiam de errore compu-  
tationis transactum, vel judicatum sit, quod  
idem & de dolo & de falso superiore titulo pro-  
ditum est. Valde autem pertinet ad constitu-  
tionem hujus tituli hęc sententia Pauli. Rario cal-  
culi saepius se patitur supputari, atque ideo po-  
test quocumque tempore retractari, si non lon-  
go tempore evanescat.

## V. Enarratio.

**N**isi specialiter etiam de err. comp. transf. )  
Sive ut aiunt Græci, καὶ πλεῖστοι οὐδὲ  
ψηφιοῦσι αναργέπεται, εἰ περὶ ψῆφο, οὐ διάλυσις  
γέγονε τοῦτο ἀντίτιθετο : Computatio per errorem facta  
retractatur: nisi de errore computationis trans-  
actum, aut judicatum sit.

De dolo ) L. actione 4.

De falso ) L. si ex falsis 42.

Hęc sententia Pauli ) Lib. v. sent. tit. v. in  
editione, quae ex Cuijac. recensione auctior pro-  
diit.

## VI. De postulando.

V. tit. I. lib. 3 ff.

**R**ECEDE sequitur pacta & transactiones titulus de postulando. Nam si rem pacto non decidunt inter se partes, quid aliud superest, quam ut desideria sua exponant apud judicem per se vel per advocatum; & fuit eodem quoque ordine in XII. tab. ita perscriptum: Rem ita ni pagunt, in comitio aut in foro ante meridiem causam conicito i. agito. Postulat qui causam agit & tuetur suam vel alienam, quod fit non litis contestatione tantum partibus presentibus, sed & qualitercumque etiam adversario absente aut nullo adversario existente. Postulationis enim nomen latissime patet Fuit autem sub hoc tit. propositum editum prohibitorium de his qui apud judices postulare non possunt, quibus constitutiones addunt etiam alios, puta non Christianos, kult. & eos qui depechi sunt partem litis quam tuendam susceperunt l. 5. & qui sunt ex numero judicum, quos tamen olim non fuisse prohibitos constat ex III. Epist. Plinii, & qui dati à judice non invenienti patronum, pro eo postulare detrectant sine causa, l. pen.

## VI. Enarratio.

**E**xponant apud judicem ] Id enim est postulare, l. I. §. I. D. eod.

Rem ita ni paguut ] Sic legitur apud Quintilianum libro I. cap. VI. & Priscianum x. Alii

malunt pacunt. Terentius Scaurus de orthogr.  
Item xii tabulæ , ubi est : ni Pagunt , per banc  
formam , quod male quidam per c. enuntiant:  
est enim præpositum cius , pepigi à pago. Vide  
Cuiacium ad l. 6 D. de pæct. & A. Gellium  
xvii. 2.

Partibus præsentibus (Vide sup. ad titulum  
IV.

Qui apud iud. postulare non poss.) Ne sine  
delectu passim apud Prætorem postularetur , ut  
est in l. 1. D. eod Lactantius de diu. pr. cap.  
vii. *In cursantque passim sine delectu omnia.*

Quam tuend. suscep. l. 5 ) In qua legendum  
videtur scævitate. Isidorus in Glosis , scævitas,  
iniquitas.

Ex numero judicum ] L. 6.

Ex 111. epist. Plinii ) Epistola ix. ad Minu-  
tianum.

## VII. De advocatis diversorum judiciorum.

**S**equitur titillus de his quibus prostulare pro  
aliis licet , qui que postulant in foro diver-  
sorum judicum , pref. prætorio puta , aut pref.  
urbi , aut præsidum horum varie sunt appella-  
tiones , Nam & patroni dicuntur , & advocati,  
& causidici : quod cur queque facta sint expe-  
diant , vt Apuleius ait i. Apol. & oratores , rhe-  
tores , scholastici , togati. Fuit quidem olim  
differentia inter patronos & advocatos. Illi  
agebant causas hi advocabantur in consilium.  
Cicero pro Cluentio : *Quis enim unquam non*  
*modo in patroni, sed in laudatoris , aut advo-*  
*cati loco viderat , & Asconius Pedianus : Qui*

defendit alterum in iudicio , aut patronus dici-  
tur , si orator est , aut advocatus , si aut jus sug-  
gerit , aut præsentiam suam commodat amico .  
Sed hodie his nominibus , abutimur & advo-  
camus patronum , ut agat litem nostram , in-  
vocamus judicem , vocamus adversarium , evo-  
camus testem , ita scilicet hæc in jure verba di-  
stinguenda sunt . Porro cercus fuit in unoquo-  
que foro advocatorum numerus ingenuorum  
vel libertinorum , certa matricula , l. ult. sup.  
de adfis. certum corpus , confortium , colle-  
gium sub primiceriis , qui priores & primates  
dicuntur hoc tit. & qui intra hunc numerum ,  
statui dicebantur , qui ultra , supernumerarii .  
Statui privilegiarii : nam & fori privilegium  
habent & immunitatem , & si filiifam. fint ,  
quod ex ea professione adquirunt , id omne sibi  
habent & possident tanquam castrense pecu-  
lium , & filii eorum quotiens in locum Statu-  
torum demortuorum supernumerarii sufficien-  
di sunt , præferuntur ceteris supernumerariis  
etiam in advocationis officio exercendo anti-  
quioribus , nihilque impendunt pro introitu .  
Habent & pleraque alia constit , concessa pri-  
vilegia reverentia studiorum , ut ait l. 5. reve-  
rentia literarum , contemplatione literatæ mi-  
litiæ , ut No. Valentiniani de postul . supernu-  
merarii non sunt privilegiarii , ac propterca  
statuti suo foro nunquam excedunt , supernu-  
merarii oberrant circum fora omnia , & publi-  
ca quoque solatia sive annonas & præbendas  
illi habent , hi non item , & hac distinctione  
habita apud Photium diaconus quidam con-  
sudit , clericis quidem non licere advocatis  
esse statutis , sed supernumerariis esse lice-

re, aut certe talibus, quales sunt hodie omnes nulli addicti certo foro, nulli ordini vel matriculæ, vel salario publico.

## VII. Enarratio.

**N**Am & patr. dic. & advoc. & causidici) Glossæ: δικολόγος, causidicus, patronus, advocatus. Plinius epist. iv. lib. iii. Legati provinciæ Bæticae questuri de proconsulatu Cæcili Classici, advocatum me à Senatu petierunt. Factum est Senatusconsultum per quam honorificum, ut darer provincialibus patronus, &c. Denique promiscue hodie patronus vel advocatus dicitur, qui causis agendis operatur, l. i. §. 4. D. de extraord. cognit. Glossæ: patronus causæ. τυνηγες.

Oratores ) L. omnes 33. §. i. sup. de Episc. & cleric. Glossæ ῥητωρ, orator. Tacitus Ann. i. Orator publicæ causæ.

Rhetores ) Demostenes rhetor, apud Gelium i. 8.

Scholaftici ). Marcellini & Faustini libellus precum: Perorans hoc ipsum per gentiles scholasticos, faventibus sibi judicibus Divus Augustinus tract. viii. in Joannem: Qui habent causam, & volunt supplicare Imperatori, querunt aliquem scholasticum jurisperitum, à quo sibi preces componantur. Scholasticus de foro, can. Ofius, distinct. lxii. Quod ait Augustinus de precibus componendis confirmat Petrus Chrysologus serm. lxx. Ad amoris indicium rex ipse officio functus est advocati, ut preces, quibus responsurus erat, ipse dictaret.

Togati ) Sidonius epistola xiiii. libri xii

*Marcellinus togatus.* : Glossæ σωματικούς, advo-  
catus, rogatus, patronus. ἵστος tohatus.

Fuit quidem olim differentia ) Colloquium  
scholasticum : Demus causidico honorarium,  
& advocatis, & jurisperitis, ut studiosius de-  
fendant nos. δῶρον δικολόγω τίμειον, οὐ τοῖς συ-  
νηγόροις, οὐ τοῖς νομικοῖς, οὐα προσδιοιτέρου εἰδι-  
κώσσονται ήμεις.

Agebant causas ] Lucretius IV. *Causidici  
causas agere, & componere leges.*

Advocabantur in concilium ) Advocatum &  
patronum intelligit Ovidius Amorum libro I.  
eleg. XIII.

*Nec tu consulto, nec tu jucunda diserto.*

Asconius Pædianus ) In divinationem.

Advocamus patronum ) Agroétius de Or-  
thographia : *Advocatur, daturus patrocinium.*

In l. si procurator 18. D. rat. rem hab. ibi :  
*quod advocat, Basilica vertunt: σωματικόν, pa-  
tronum advocavit.*

Vocamus advtrſ. ) In jus vel in judicium.

Evocamus testim., l. 3. §. testes, D. de tes-  
tibus.

Priores & primates ) L. 22 & l. 26.

Statuti dicebantur ) Vide Photium Nomocan. tit. 8. c. XIII.

Tanquam castr. pecal. ) Novel. Theod. de  
postul. l. 4. & 8. hoc tit.

Solatia ) Ut l. 15. & passim h. t.

Apud Photium ) Nomocan. tit. VIII.

## VIII. De advocatis fisci.

**R**EDE jungitur hic titulus superiori non  
quasi ille sit de his qui privatorum, hic de

his qui fisci causas agunt, sed etiam quia ex corpore illorum diliguntur advocati fisci secundum ordinem quo recepti sunt in numerum advocatorum. id est, ex formula forensi, ut Spartianus loquitur in Antonino Geta, qui causis fiscalibus interveniant, & delatorum intentiones exequantur, ut l. 5. §. advocatum, D. de his quæ ut ind. l. 5. inf. de delat. & quos deficiente alio accusatore ut sit hodie, & fecisse Maximum Imperatorem Galliarum Sulpitius refert in hist. sac. princeps opponat accusatores reis. Hi quoque multa habent privilegia atque etiam liberi corum, & hi potissimum qui in foro præfectorum prætorio fisci causas agunt, communia in eodem foro cum advocatis lxiv. prioribus, & in foro præfecti vrbi cum xv. l. 15. & 16. sub. tit. prox. & inde Nou. Theod de postul. Curiales, inquit, qui post lxiv. priores advocatos in amplissimo foro postulant, per substitutum munia suæ civitatis agnoscere, & hæc privilegia omnia præponuntur titulo superiore. Hic titulus est de officio advocatorum fisci, veluti ne absentiibus his procurator Cæsar is disceptet causas rei privatæ, vel ærarii sacri, lege ult. ne alii cuiquam adsint contra fiscum quandiu sunt advocati fisci, etiamsi de publico nondum salaryum acceperint l. 1. ac ne deposito quidem officio in ea causa, quam cum erant advocati fisci egerunt pro fisco, l. 2. nisi forte suo, aut libero-rum, aut parentum, aut pupillorum suorum nomine, l. pen. & ult. D. de postul. Nam & adversus quem advocatus quis fuit, ejus filii pupilli tutor relictus, in eadem causa pupillo adesse potest, ut ex Massurio Sabino Gellius

refert V. c. xiii. & principis rescripto confirmatur d. l. ult. Ac præterea ne advocati fisci suppressimant jura fiscalia, ne sub nomine fisci falsas accusationes instituant, l. 3. & eleganter Philostratus in Cyrino, advocationem sive patronatum fisci, patronatum ærarii, l. pen. sup. rit. prox. vocat. τύποις τημέναις & Basilius in epist. σωματεῖοι τημέναις, qui interveniat pro fisco in aula apud Comitem thesaurorum, i. sacrarum largitionum. In provinciis scilicet apud procuratorem Cæsaris, in urbe apud præfectum ærarii.

### VIII. Enartatio.

**A**dvocati fisci] Quos Græci φίσκοσανηρες vocant Glossæ: φίσκος ὁ σωμήγερς, fisci *advocatus*, puto legendum, φίσκοσανηρες Hesychius: φίσκοσανηρες, ὁ τημένων σωμήγερς. Zosimus in inscriptione lib. Zosipus δὲ φίσκοσανηρός. Advocatus fisci, summa fisci patrocinia tractabat, ceu loquitur Eumenius in Panegyrico Constantino dicto.

In Historia sacra ) lib. II. ad finem.

Philostratus in Cyrino ] Libro II. de vit. Sophist.

Basilus in epistolis ) Epistola lxxxiv. ad Se-  
phronium magistrum.

**I X. De errore advocatorum, vel libellos seu pieces concipientium.**

**D**E advocatis hoc quoque proprio titulo adnotandum censuit, errorem advocatorum non nocere litigatoribus absentibus, nocere præsentibus nec contradicentibus intra triduum & addit errorem quoque libellionum nihil nocere litigatoribus, lege & separantur libelliones ab advocatis. Hi agunt, illi scribunt, & ita l. moris, D. de pœn. alias interdicitur advocatione, alias libellorum conceptione, libelli qui & epigrammata Aristoteli in Rhetorica, sunt pieces vel inscriptions in crimen, vel conventiones, vel acta, vel literæ dimissoriæ: latius igitur libellorum, quam precum nomen.

**IX Enarratio.**

**E**RROREM advocatorum ) Error advocatorum corrigi potest usque ad sententiam, Græci & Odofredus ad l. ult. hoc titulo  $\text{η} \tau\delta\eta$   $\epsilon\nu \tau\delta\eta \delta\mu\alpha\sigma\eta\pi\eta\eta \pi\alpha\rho\delta\epsilon\chi\eta\eta$ ,  $\text{η} \pi\alpha\pi\eta\eta\epsilon\tau\eta\eta$ : & hoc in judiciis receptum est, & observatur, ut hic ait Hermopolites.

Intra triduum ) In d. l. ult. *in continentia*, id est, *triduo proximo*. Sic in l. quoties 29. D. sol. matrim. *incontinenti* Græci interpretantur,  $\epsilon\nu \tau\delta\eta \tau\epsilon\eta\eta \eta\pi\epsilon\pi\eta\pi\eta\eta \sigma\omega\alpha\pi\eta\eta$ , *intra dies tres continuos* ut illico in l. ult. inf. de judic.

Aristoteli in Rhetoricis ) Libro I. cap. xxi

Vcl. acta ) Græcis,  $\tau\omega \mu\nu\pi\eta\kappa\eta\eta$ .

**X.** Ut quæ desunt advocatis partium  
judex suppleat.

**H**oc quoque dignum erat de advocatis proprio titulo indicari, posse judicem supplere, ea quæ desunt partibus, vel advocatis, dicere puta, & querere ea quæ dicto, quæsitoque opus sunt, etiam si is cuius res est ea neque dicat, neque postulet, qua de re dubitabatur, propterea quod, ut est apud Gellium XIV. c. II. patrocinari hoc videtur esse, non judicare. Sed ut negotio possit judex congruam imponere sententiam & certam, sane nonnunquam cogitur vicem supplere advocatorum, aut partium, & similiter recte l. ult. inf. de appell. judicem absentis litigatoris partes adimplere, atque ea re hunc titulum malim ira concipere, ut quæ desunt advocatis, vel partibus iudex suppleat.

**X. Enarratio.**

**E**A quæ dicto quæsitoque ) Græci ad leg. ult.  
ED. de petit. hereditat. συμείωσαι ὅλο δικα-  
σης τῷ λιτιγατόρῳ δικαιολογίας αναπληροῦ, καὶ  
τῷ φάκτου ὄρθωτιν σὺ γέ τῷ πι. I. τὸ βιβλ. τῷ  
Κάδικος φησιν ὅλο δικασής αναπληροῦ τὰ τῷ φάκτος νό-  
μον ἐπειπώς λεχθεῖται λιτιγατόρῳ, οὐ τῷ συντεχεῖσθαι.  
Nota judicem defensiones litigitorum surplore,  
licet factum respiciant: nam tit. 10 lib. 2. Cod.  
dicitur, judicem jus quod litigator aut advoca-  
tus omiserit, supplere posse Quo ex loco etiam  
constat, recte in veteribus hic legi, vel par-  
tibus. Græci igitur constitutionem hujus ti-

tuli sc̄ acceperunt, ut judex ea supplere possit. quæ partes omiserunt: nempe si ea, quæ juris sunt omiserint, non etiam ea quæ in facto consistunt. Sic etiam Hermopolites: ῥόπες γδ̄, inquit, ηνάσηγιν, & παντες ο διδασκούσις αινασκαζέται: leges enim scire, non facta judex cogitur, ut idem ait, & ita quoque Odofredus hic. Vide Basilic. lib. viii. i. in fi. & constantinum Harmenopulum i. iv. 18.

Ut quæ def. advocat. vel part. J Sic legitur in vet. Juliani Brodæi, & Julii Pocii.

## XI. De causis ex quibus infamia alicui non inrogatur.

V. tit. 2. lib. 3. ff.

**Q**uia infames advocati esse non possunt, nisi pro exceptis personis quibusdam, l. i. §. ait prætor, D. de postul. nec si hoc facile vellint & ferant adversarii, ut Paulus ait i. Sent. tit. ii. & l. quos. D. eod. quia ea res pertinet ad dignitatem judicis, ne apud eum temere infames audiantur, ideo hoc titulo, ut perseveret dicere de his, qui pro aliis postulare possunt exponit causas, de quibus tamen ambitioni poterat, ex quibus infamia non inrogatur, ne quis temere advoco objiciat infamiam, quæ etiam procuratori objici potest tam ex sua, quam ex mandatois persona, quia honor est per procuratorem litigare posse quo indignus est infamis, quamquam in procuratore hæc hodie exceptio subtilius non spectetur, recto principali negotio, §. ult. Inst. de excep.

Advocatorum major est dignitas , qui tacentibus procuratoribus verba faciunt apud judicem , aut certe advocatorum corpus seminarium dignitatum , ut Valentianus ait in No. de postul. ex quo scilicet sumuntur & patroni fisci , & , quæ amplissima dignitas est , quæstores sacri palatii , ut in formulis Cassiodori , & sane indecorum esset , si infamis famæ forsitan alterius tuendæ adfisteret , qui suam nescierit conservare. Sic autem ut proposui concipiendus est titulus : Nam causæ in eo illæ potius recensentur , quibus infamia non inrogatur , & præter vet. lib. etiam in Basilicis ita concipitur : ~~ως ειπω, δι αν απμια της τροσγινεται~~. Illæ non recensentur quibus infamia inrogatur , sed intelliguntur per consequentiam , ut cum dicitur eum qui abstinet bonis paternis , vel qui suis bonis cessit , non esse infamem , hoc dicitur ad differentiam ejus , cuius bona ex edicto possessa & distracta sunt , & quod dicitur , non notari infamia eum qui nomine Reipublicæ suæ causam aliquam egit , nec obtinuit , hoc dicitur ad differentiam delatorum. Est autem infamia læsæ dignitatis status , vel macula existimationis , vel damnum famæ , quæ & diffamia dicitur. Augustinus in quæst. vet. test. Senatoribus fœnus diffamia est , qua de re Lampridius in Alexandro , & lege 2. & 3. Cod. Theod. de usur. infamis , qui honestioris nobilisquæ personæ decore & jure privatur , in. 2. inf. de sec. nup.

## X I. Enarratio.

**E**x quibus inf. non inrog.) Exempli causa, inter infames non habetur, qui cum plus debiti nomine tributorum exegisset, in duplum condemnatus est l. 2. hoc tit. Sic legitur in vet. Aegidii Menagii, & Juliani Brodæi, quæ lectio confirmatur auctoritate Basilic. libro xxi. tit. 3. sed & ita legerunt veteres interpretes Ait, plus debitti, ut Papinianus in l. in ratione II. §. quod vulgo dicitur, ad leg. Falcid. plus quartæ, & Scævola, amplius sui debiti, in leg. tutores 61. de condict. indeb. Claudius Salmaeus contra veterum librorum fidem sic legendum putabat: qui cum plus debiti nomine debitorum exegisset, ut lex de tributis non loquatur, sed de privatis debitibus, de Trapezit. fœnlib. II. in fine. Res est, ut dixi.

**U**t in formulis Cassiod. ) VII. 19.

Etiam in Basilicis ) d. tit. III.

Illæ non recensentur quibus inf. irrog.) Sed recensentur etiam quibus inf. irrogatur, ut damnati injuriarum, l. 5. & 10. Quintilianus declam. ccl. Injuriarum damnatum ignominiosum esse voluit.

**Q**ui abstinet bonis paternis ) L. 7. & 11. ad quam v. Basf. d. t. III. cap. x.

**V**el qui bonis cessit suis ) Licet turpe sit creditoribus suis de quoquere: sive ut est in concione quinta earum, quæ Simeo magister & logotheta collegit ex operibus sancti Basillii: *αὐχρόνος διατριβής οὐποσεπέν.*

**C**ujus bona ex edicto ) Quod erat ignominiosum. Vide Cujacium instit. qui & quibus

**ex caus. man. non poss.** §. 1.

Reipublicæ suæ ) L. 9. Nam ei tantum irrogatur infamia , qui calumniæ causa bona ad populum pertinere nuntiavit , Basil. d. tit. III. cap. viii. vide ibid. schol.

Est autem infamia , læsæ , &c. ) Infamis est læsa dignitatis status legibus ac moribus improbatus , & in aliquo deminutus , Odofredus & Fulgosius ex l. cognitionum 5. §. 1. D. de var. & extr. cog.

Vel macula existimat ) L. verbum 17. hoc titulo.

Vel damnum famæ ) l. 2. inf. ut int. cert. temp. Ovidius Amorum III. 2.

----famæ *damna puella tulit.*

Detrimentum existimationis , l. 3. inf. de calumniat. *detrimentum pudoris*, Ammianus Marcell.

In quæstion. vet. test. ) Quæstione cii.

## XII. De procuratoribus.

V. tit. 3. lib. 3. ff.

**N**on solum advocati , sed etiam procuratores alium defendunt in judicio , patrocinantur , adsunt , adsistunt , supersunt , postulant pro alio , idcirco advocatis proxime procuratores recte conjunguntur. Advocati sunt oratores , vel jurisperiti , qui causis alienis agendis adsunt. Procuratores , qui vice , mandato , nomine alieno litem persequendam suscipiunt , & vel in rem suam ac proprium lucrum , si verbi gratia , donandi animo mandata cis sit actio , vel in rem alienam , si mandata

fit non dandi animo, sed hac mente, ut ex causa judicati emolumentum ad mandatorem rediret, quales jure antiquo constitui non poterant exceptis quibusdam causis, ut Inst. tit. de his per quos ag. poss. Advocati personam suscipiunt. Procuratores negotium, & inde advocato meo sum susceptus, vel cliens: procuratori, mandator, vel dominus; nec enim cum advocato contraho mandatum, sed applico me in fidem ejus & clientelam quasi patroni.

## XII. Enarratio.

**A**Dsunt ) Ut in l. hoc jure 19. §. I. D. de donat. *Si tibi adfuero. Basilica: σωματόποσι τοι.* Tacitus Annali III, Patronos petenti, M. Lepidus, & L. Piso, & Liveneius Regulus adfuere.

Adsistunt in l. un. sup. tit. x. negotiis adsistunt. Basilica, τῷ σωματόποσῳ.

Supersunt ) Suetonius Augusti cap. lvi. Ne si superesset, eriperet legibus reum.

Vice, mandato ) Collatio Carthagin. III. Puto importunum esse alienam causam velle defendere, & in id medium negotium mittere, quod præter ruborem non potest unusquisque sine mandato in judicio ventilare.

Procuratores negotium ) Asconius Pedianus in Divinat. *Pracurator dicitur, si negotium suscipit.*

Advocato meo sum susceptus ) Quintilianus II. 12. *Cum periculo suscepti litigatoris.* Divus Augustinus quæst. cii. in mixtis. *Nunquid si male vitæ sit advocatus, contra susceptum e-*

*jus pronuntiabitur? Hoc est officium advocati, ut secundum juris ordinem suscepit sui causam perroret &c. Adde cju'dem epistolam lix. & lib. de cura pro mortuis capite iv.*

*Vel cliens) M. Tullius i. de officiis: Patrocinio sè usos, aut clientes appellari, mortis instar putant.*

*Applico me in fidem ejus ] M. Tullius iv. in Verrem: Sicilia sè ad amicitiam fidemque pop. Rom. applicuit. Plinius epistola iv. libri iii. Legati ruris induci, iterum me jam præsentem advocatum postulaverunt, implorantes fidem meam quam essent contra Massam Bæbium experti, allegantes patrocinii fædus. Denique adlocutus fidem suscipere dicitur in l. i. §. 4. D. de extraord. cogn.*

*Et clientelam) Cicero vi iu Verrem: Quam in te tantam virtutem esse, aut dignitatem arbitratus es, ut conire clientelam hanc tam illustrem, tam splendide provinciæ traducere ad te? auferre à certissimis, antiquissimisque patronis?*

*Quasi patroni) Clientes per initia dicti tenuiores qui se in potentiorum fidem patrociniumque dedebant. Patroni autem, qui eos in fidem suam clientelamque recipiebant adversus potentiores. Civitates quoque & provinciæ patronos sibi cooptabant. Ærea tabula quam vir cl. Nicolaus Fabricius Pereschius Senator Aquisextiensis olim exhibuit mihi.*

FELICITER

DD. NN. CRISPO ET CONSTANTINO NOBB.

CAES. ET COSS. X. KAL. MAI.

QUOD Q. ARADIUM VAL. PROCULUM  
V. C. PRÆSIDEM PROV. VALBYZAC.

FAUSTIANENSES PATRONUM COOPTARI NT, CUM LIBERIS POSTERIS-  
QUE EIUS SIBI LIBERIS POSTERIS-  
QUE SUIS TESSERAM HOSPITALEM  
CUM EO FECERUNT UTI SE IN FI-  
DEM ATQUE CLIENTELAM VEL SUAM-  
VEL POSTERORUM SUORUM RECI,  
PERET. ATQUE ITA IN HAC RE SPLEN-  
DIDISSIMUS ORDO EIUSDEM CI-  
VITATIS FAUSTIANENSIS LEGA-  
TIONEM PROSECUTUS EST. Verum  
cum eiusmodi Patronorum cooptandorum, &  
clientium recipiendorum mos exolevisset, hoc  
tamen cum ipso nomine remansit, ut patroni  
dicantur, qui causas alienas agunt, & pro quo.  
libet orant, ut stante Republica patroni clien-  
tium causas defendendas suscipiebant.

### XIII. Ne liceat potentioribus patro- cinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre.

Pars est tituli superioris: nam vetat poten-  
tiores, id est, eos qui gratia & opibus pol-  
lent, ad agendum procuratores fieri. Puto po-  
tentiores causam orare pro quolibet & adver-  
sus quemlibet posse, l. quisquis sup. de postul-  
Sed non possunt etiam agere procuratorio no-  
mine adversus mediocres, qui, ut ait Gaius, in  
l. 3. D. de al. jud. mut. ca. fa. potentioribus  
parcs esse non possunt. quod dictum proverbii  
speciem habet: nam & Pindarus: *χαλεπὰ δέ ε-*  
*εις αὐθόποιστιν ὄμηλεῖν κρείσσονας*, & Hesiodus:  
*ἄφρων δέ δές καὶ εὐθέλοις πάσι κρείστονας αὐτοὺς φερίζειν*  
Et patrocinii nomine in hoc titulo significatur,

Procuratio , non advocatio : nec enim minus ,  
 Imo magis patrocinium litiganti præstat pro-  
 curator , qui quasi rem suam agit , urget , ins-  
 titat , imminet rei semper , quam advocatus . Et  
 quod adjicitur , vel actiones in se transferre ,  
 eo pertinet ut intelligatur , neque potentiori  
 recte mandari actionem , ut eam intendat pro-  
 curatorio nomine , sicut diximus , neque ut  
 eam intendat suo nomine omni jure & emolu-  
 mento litis in se translato , quam operam à po-  
 tentioribus eliciunt facile creditores , vel pre-  
 ce , vel pretio , aut pactione certa , & longe a-  
 lia est causa constitutionis Anastasii in l. pen.  
 inf. mand. ea enim est de redemptoribus actio-  
 num alienarum . Constitutio autem Claudii ,  
 de qua agitur in hoc titulo est de his qui actio-  
 num suarum alios redimunt exactores , deque  
 redemptis actoribus , & rursus hoc distat hic  
 titulus à titulo , sive edicto de alienatione ju-  
 dicii mutandi causa facta , quod hic titulus est  
 de lite , sive actione , edictum de re translata in  
 potentiores ab eo , qui ejus rei nomine , vere-  
 batur ipse judicium accipere . Punicur autem  
 hoc titulo , tam potentior qui suscepit , quam  
 creditor , qui ei cessit actionem : hic enim jus  
 crediti admitit , ille verò extra ordinem prout  
 præsidi provinciæ visum fuerit : Nam ex consti-  
 tutione Claudii hujus rei coercitio pertinet  
 ad præsidem , etiamsi Senator aut clarissimus  
 sit is , qui alienam actionem susceperit exe-  
 quendam , cum tamen alias de Senatorum delici-  
 ris jure veteri cognitio sit principis , vel ptæf.  
 prætorio , vel præf. urbi , non præsidis provinciæ ,  
 ut dicemus lib 3. tit. 24. Potentiores sunt qui opibus  
 & gratia valent , & conventu sunt difficiles .

## XIII. Enarratio.

**P**ares esse non possunt ) Phædrus libri II.  
fab. vi.

*Contra potentes nemo est munitus satis.*  
**D**io Chrysostomus oratione xxxvi. αὐτὸς  
 σὺν ἀπορείᾳ εἰσέμενος ἐπειδὴν τοῦτον τὸν θεόν  
 πλανῶν, γένεται οὐρανοῦ τοῦτον τὸν Εὐρυτὸν φησί  
 συνειγένετον ποιητὴν, ὅπου τὸν θεόν τούτον κρείπτο-  
 νας. Cum primis virtute viris contendere nolim:  
 neque cum Platone, neque cum Homero: neque  
 enim Euryto bene cessisse Poëta ait, quod con-  
 tenderit cum fortioribus. Valerianus Ceme-  
 liensis Homilia xiv. Difficile autem sine pe-  
 riculo vitæ suæ transigit, cui adversus subli-  
 miorem potestatem causa dimicationis incura-  
 bit.

Nam & Pindarus ) Nemeor. Od. x.

Hesiodus ) ἔγγ. a.

Alios redimunt exactores ) Joannes Hiero-  
 polyitanus Homilia xxxii. in Matthæum:  
 Sicut solent homines facere malam causam haben-  
 tes, configiunt ad potentes viros, ut si per jus-  
 titiam non possunt, vincant per personam.

Hic enim jus crediti amittit; l. 2. in qua vul-  
 go legitur, *actiones*. nec aliter in veteri Mena-  
 gii. Alii habent *cautiones*, ut in C. Theod.  
 & in libris Basilic. εἰς ὄνομα δικαιοσύνης  
 παρασκινάζεις θεωρεῖτο γεγενετέον: Potentio-  
 ris personæ nomen inscrii cautioni curat.

Etiam Senator) Idem scribit hoc loco Theo-  
 dorus Hermopolites.

XIV. De his qui potentiorum nomine  
titulos prædiis adfigunt vel eorum  
nomina in lite prætendunt.

**A**ditur de potentioribus, ne rei qui con-  
veniuntur suo nomine contradictoriis li-  
bellis falsa nomina Senatorum vel aliorum po-  
tentum inferant: ne falsos titulos prædiis quo-  
rum nomine conveniuntur, imponant, qui  
prædia scilicet adferant potentioribus, quod  
plerunque faciunt possessores vel dissidentia  
causæ suæ, vel adversarii perterrefaciendi aut  
submovendi gratia, dum ita scilicet quodam  
modo negant suum esse prædium, & adferunt  
eius esse quem titulus commendat, qua de re  
D. Augustinus in hunc fere modum Psal. 21.  
Ne domum ipsius petat aliquis, ponit ibi titu-  
los potentis, titulos mendaces, ipse vult esse  
possessor, & frontem domus suę de alieno ti-  
tulo muniri, ut cum titulus lectus fuerit, con-  
territus quis potentia nominis abstineat à peti-  
tione. Porro non licet etiam sine titulo in liti-  
bus potentioris nomen ementiri & prætende-  
re, quod est ἐπονημένος. Et potens qui hæc fieri  
scit & patitur, ipso jure notatur infamia quasi  
redemptor calumniax, & αἰτονάτος ut Græci  
nontant ex his verbis legis, adficiendi sunt pu-  
blicæ sententiæ nota, etiam si nulla condem-  
natio intervenerit. Is autem qui potentiū no-  
mine abutitur, causa cadit, vel si inaustam cau-  
sam habuerit, plumbatis cæsus d matur in  
metallum,

## XIV. Enarratio.

**A**bstineat à possessione ) Idem tractatu viii.  
in epistolam I. Joannis : In possessionibus  
vestris , ubi dominari vultis , titulos potentis  
ausi estis infigere. Cognoscit ille titulos suos vin-  
dicat sibi possessionem suam. Non delet titulos ,  
sed intrat & possidet. Vide Cujacium ad leg. 3.  
C. de bon. vacant. libro x.

**Ἐπιφημίζειν ]** Basilica : Potentiorum nomina  
objicientes actores perterrent , & potentio-  
rum illorum nomine titulos prædiis , quorum  
causa conveniuntur , adfigunt , vel præten-  
dunt , seu famam spargunt , rem ad hunc , vel  
illum potentem pertinere. **ἐπιφημίζουσιν.**

Causa cadit ) Si justa sit lis. Theodorus Her-  
mopolites : ὃ λέγει ἡνα ἀπόφρωσις ἐκφράσαι κατ-  
ὰν τοῦ , ἀλλ' ἡνα ὡς ἀπὸ κοινῆς , καὶ δημοσίας ἀποφρά-  
σεως αἰνιμοῦται . αὐτομάτως γέ βλαστοι τοῖς το σύ-  
νοις πρεσβάποις απιμίαν ἐμπιγμαθαί . Item : οὐ μὴ  
τοῖς ἀδικαιις ψαθέσιν , ἐπειδή τοις ζημιοῦταιν , ἐσχ-  
μόνοι εἴσαντει ματὶ τὸν τῆς δικης ἐκπίτειν , τόπε χωρῷ  
κατὸ αὐτῷ τὴν δικαιεῖται εἰς τὸ μέτωπον πιμαρίσει ἐσχ-  
μέ της δικαιαν αἰγανούμενος τοιούτον πράξεις , αἵρητη  
μὴ τῇ μετώπῃ καταδίκη , ζημιοῦται δε ὁ τῷ το-  
ποῖσας τῇ ἐκπίτει τῆς δίκης .

**Plumbatis cæsus ]** Basilica d. tit. x. μελίσδω  
παιπαχότεν πέιτε φιγούμενος , τουτέσι κλειφορῶι , τὴ  
πλευρὴν γόμφος ( pro πλουταρχῆγόμφος ) &c. De  
plumbatis vide Anastasium in Cornelio , & Cu-  
jac. ad tit. xix. libri x.

**XV.** Ut nemo privatus titulos prædiis suis vel alienis imponat , vel vela regia suspendat.

**D**E titulis etiam hic agitur non jam potenteriorum , ut titulo superiore , sed principis nomine , aut sacrarum necessitudinum principis , ut additur in Nou. Theod. de trib. fis. ne quis eos sine auctoritate judicis imponat prædiis suis vel alienis , etiam si sit injustus possessor aut prædo is qui ea tenet , vel etiam si in ea causa sint prædia ut fisco vindicari debeant. Eum qui suo prædio imposuerit titulum principis, prædium amittere , & titulo non deposito prædium vindicari fisco , & ut ait Augustinus in Serm. principem titulum non deponere , & possidere prædium , quia invenit ibi titulum suum : Eum vero qui alieno prædio titulum principis imposuerit , si plebejus sit , quasi ex causa criminis extremi , adfici extremo supplicio , si honestior , plecti maxima capitis deminutione. Tabulas titulosve impune disjici & frangi à quolibet , quantumvis licet nomine principis inscriptos. Prædium non publicari cui in scio domino vel possidente aliis titulos regios imposuerit Denique judicum esse titulos adfigere prædiis nomine principum redactis aut redigendis in fiscum , ut l. 3. inf. de bon. ac. l. 2. inf. de aquæduc. l. ult. D. de req. nec abs. dam. l. ii. & 20. C. Th. de bo. prof. non privatorum , non procuratorum , actorum conductorumve prædiorum principaliū , ut est in No. Tiberii de divinis domib. Idemque constituitur de velis purpureis prin-

cipis seu de imaginibus & characterib. ut est in  
No. Tiberii, ne quis scilicet vela regia suspen-  
dat ædibus suis vel alienis. Solebant foribus  
ædium prætendi vela, ut recte Æschylus *χειρό-*  
*εργις* dixerit, *βῆλον ἔρμειον πυλῶν* ( est enim vox  
veli Græca ) & Stephanus : *βῆλον τὸν ζδὸν τῆς*  
*θύρας*, & inde levato velo, id est aperta fore,  
l. pen. inf. de nauf.

## X V. Enarratio.

**I**mposuerit titulum Principis ) τὸν ἀριστη-  
πίαν βασιλικὸν, Græci Theodorus Hermopo-  
lites : οἰονίνα τυχὸν θήτει τὸν εἰσόδῳ τῷ αὐρων  
πινακίδιον, η σκουταρέλι, η ἀλλό π τοιούτου, καὶ  
γράψῃ τὸν ἐκεῖνῳ, οὐν ο παρὰν αὐγέσ τῷ σεβασμοκα-  
τοργεσ ἐσίν, η τῷ μεγάλᾳ δομεσίκον η κρεμασῃ βῆ-  
λον βασιλικὸν τῷ αὐρῷ, ὥστε νομιζεσθαι αὐτὸν εἴ-  
ναι βασιλικόν. In alio codice legitur σκουτάρελη.  
Titulus prædium adserit Principi. Huc allu-  
dere videtur Cæsarius, vel Eusebius Emilianus  
in homil. 3. de Pascha : *Hæc est illa crux, quam*  
*in postibus regiis signatam in fronte gestamus,*  
*quam iustissime in possessione receptam dominus*  
*Cardinalis, & Imperator legitimus impressit, ut*  
*nos verè dici domus divina possimus.*

Et, ut ait Augustinus ) Sermone 1xii. in  
Evang: secundum Joannem : *Plane in ipsis de-*  
*prædationibus suis titulum illius posuerunt, ut*  
*prædae ipsorum quasi defenserentur per titulum*  
*potentis. Quid facit Christus quando tales con-*  
*vertuntur, qui foris ab Ecclesia titulum ejus*  
*baptismatis acceperunt? Ejicit prædatorem, ti-*  
*tulum non deponit, & possidet domum; quia*  
*innenit ibi titulum suum.*

Ne quis vela regia suspendat ) l. 2. h. t. vela  
purpurea, πάχη ωπόπορες, Agathias libro v.  
Huc respicit Fulgentius serm. XLII. Intrat cœ-  
lestis Imperator, mortis extinctor, humani ge-  
neris liberator, non per vela purpurea, non cor-  
tinis transitur auratis, sed ipse præcedentibus  
in Spiritu Angelicis legionibus ingreditur perpe-  
tuus Imperator. Nullus levat velum, nemo a-  
perit ostium.

Solebant foribus æd. præt. vela ) Sueton.  
Claudii cap. 10. Interque prætent a foribus vela  
se abdidit. Martialis x1. 46.

*Contentus non es foribus, veloque sera que.*  
Divus Augustinus sermone LXIII. Honora in  
eo quod nondum intelligis, & tanto magis ho-  
nora, quanto plura vela cernis. Quanto enim  
quisque honoratior est, tanto plura vela pen-  
dunt in domo ejus. Vela faciunt honorem secre-  
ti: sed honorantibus levantur vela: irridentes  
autem vela, & à velorum vicinitate pelluntur.  
& à foribus scholarum. Divus Augustinus ser-  
mone xix. de verbis Apostoli, cum essemus in  
carne: Tam pauper ut proscholus esset Gram-  
matici, sed plane Christianus, quamvis ille ef-  
fet paganus Grammaticus: melior ad velum,  
quam ad cathedram: debebat scilicet potius in  
proscholio stare, quam docere. Vide eundum  
Confession. libro I. cap. xiii. Cujacium ad l. 5.  
C. de naufrag. lib. x.

Est enim vox veli Græca ) Auctor ιερακο-  
στοφίου Βῆλου, ἡγεωνταράπετασμα, sive ut plu-  
tarctus ait in Alexandro, τὸ ὁψὲ τῆς δύρης  
παράκλινον.

Levato velo ) Autor constitutionum Apos-  
tolicarum libro II. cap. LII. ποιουμένη τῶν ἐξ-

τεσσαράκοντας πόλεως, καὶ παραπομπαῖς τοῖς  
μετροῦ: Per plures dies quæstiones exercent cum  
multo consilio, & velo interjecto. in l. i. Cod.  
Theod. de offic. rect. prou. Non sit venale ju-  
dicis velum, non ingressus redempti. Acta Eu-  
plii diaconi: Calvisianus intra velum interius  
ingrediens sententiam dictavit: & foras egræ-  
sus tabellam legit, &c.

XVI. Ut nemini liceat sine judicis auc-  
toritate signa imponere rebus quas  
alius tenet.

**T**it. xiv. fuit de titulis potentiorum xv. de  
titulis regiis, hic vero xvi. est de titulis  
propriis, ne quis rei mobili vel immobili quam  
alius detinet, ipse suam forte aut sibi debitam  
vel obligatam esse contendit, ante sententiam  
figillum suum imprimat vel titulos sui nomi-  
nis adfigat, nisi velit suis omnibus rebus quasi  
publicatis titulos fiscales apponit, quæ est pæ-  
na No. 17. imo & extremum supplicium Nov.  
164. Post sententiam, si vicerit licet cuique  
rei suæ suum titulum vel signum imponere Ti-  
tulus præfert nomen Domini. Signum, cha-  
racterem, sive apophragisma anuli signa-  
torii.

## XVI. Enarratio.

**T**itulus præfert nomen ) Siculus Flaccus de  
limitibus agrorum: Unicuique possessori  
per singulos agros certa spatia, quæ suis impen-  
sis tuentur, etiam titulos finitis spatiis positis  
babent, qui indicent, cujus agri quod spatium,

*quis dominus tueatur. Petrus Ravennas sermo-  
ne cliv. in sanctum Stephanum: Sicut Domi-  
num prædiorum limitibus adfixi tituli prolo-  
quuntur: ita nomina ipsa sepe sanctorum meri-  
ta indicant testatur insignia.*

Signum ) Theodorus Hermopolites: ἐκτυ-  
πῶσα μὴ εἰ τὸ Αἷο τῷ δακτύλῳ τῷ βεβλωτηρίῳ  
αὐτῷ σφραγίσῃ τῷ κηρῷ.

Sive apophragma ) Plinius x. epistola  
xvi.

## XVII. Ne fiscus vel resp. procuratio- nem alicui patrocinii causa in lite præstet.

**Q**Uod de potentioribus tit. xiii. idem isto  
cavetur de fisco & Rep. ne procuratio-  
nem litis alienæ in perniciem privatorum sus-  
cipiat, ne hoc pretextu, quod is cuius lis est  
debitor sit fisci vel Reip. nec quod partem litis  
donaverit fisco vel Reip. quæ donatio non re-  
cipitur, l. 2. hoc tit. l. res §. lites. D. de ju.  
fis. & illud quoque mandatum nullum, si debi-  
tor fisci mandet fisco actionem adversus debito-  
rem suum l. 3.

## XVII. Enarratio.

**D**ebitor sit fisci vel Republicæ ) Idemque  
alterius creditor, vel debitor.

Quæ donatio non recipitur ) Paulus sentent.  
libro v. tit. xii. §. litem, l. quicumque 3. inf.  
de litigios. hoc enim invidiosum est, l. 2. & 3.  
hoc. tit. invidiam fisco facit. Quintilianus de-  
clamat. cclxxix. *Non vociferatione saltem in-*

*vividiam facere apud populum conatus est. Tertullianus de fuga in persecut. Malo invidiam ei facere, &c. Zeno Veronensis in serm. de Job: Non ut Deo invidiam faceret: quod est invidiosis vocibus Deo concinnare invidiam, eidem Zenoni in sermone de resurrectione, & quasi odium, ut apud Tertullianum adversus Herinog. cap. xiii. *invidia malorum.**

### XVIII. De negotiis gestis.

*V. tit. 5. lib. 3. ff.*

**S**equitur titulus de procuratoribus voluntariis, qui sine mandato dominorum sua sponte litibus se vel negotiis alienis immiscunt. Hi sunt qui gestores appellantur. Procuratores qui ex mandato constituuntur, de quibus actum est supra, necessarii sunt, non voluntarii: nam et si beneficii & nudae voluntatis sit mandatum suscipere, necessitatis tamen est consummare id quod suscepis semel, l. in commodato §. sicut D. Comm. §. mandatum Instit. de mand. etiam si nondum quidquam gerere cœperis, l. si remunerandi §. l. D. mand. Qui autem sine mandato accedit ad negotium alienum, non ante obligatur, quām id gerere cœperit verum ubi cœperit, deserere quod inchoavit non potest, d. §. sicut. At aliis quoque ejusdem amici negotiis gerendis non obstringitur: propria enim voluntas finem ei administrationis facit, ut ait l. tutori, hoc titulo. 1. ut Græci interpretantur, ὅπερ βέλεται ἀφίσαται, quia satis abundeque sufficit, si cui vel in uno negotio amici labore consulatur.

quæ verba l. tutori , sumpta sunt ex Papmiano  
in l. tutores § qui se , D. de adm tut. Ergo ne-  
gotiorum gestorum actio datur tantum vo-  
luntario procuratori , actio contraria scilicet ,  
nisi donandi animo sumptus fecerit , puta af-  
fectione paterna , maritali , domestica vel ob-  
sequio libertino , l. i. 5. 11. 12. 13. 15. hoc titulo ,  
& nisi post denuntiationem & prohibitionem  
domini , l. vlt hoc titulo. Directa datur do-  
mino negotiorum in gestorem doli vel culpæ  
nomine. Et rursus contraria directo tantum  
datur gestori voluntario , utiliter datur etiam  
ei , qui vel ex necessitate officij quod invitum  
suscepit , vel quasi ex necessitate servili errans  
in statu conditionis suæ negotia aliena gessit ,  
veluti curatoria adolescentis , aut furiosi , vel ci  
qui falso servum se opinabatur cius esse cuius  
negotia gessit , cum liber esse , & vicissim in  
eundem adolescenti , aut furioso ei ve ad quem  
res pertinet , l. ob nego iam , hoc titulo l. 3 §.  
pen. l. 6. §. si quis quasi servus , D. eod. nam  
ut ex mandato est mutua actio directa & con-  
traria , ita ex negotiis gestis directa in gesto-  
rem , contraria in dominum etiam invitum &  
ignorantem , l. 2. l. solvendo , D. eod. licet  
actio mandati non detur in invitum , vel igno-  
rantem , l. qui fide , D. mand. Orientur qui-  
dem ex gestione negotiorum alienorum etiam  
mandati , & tutelæ , & protutelæ , & funeraria ,  
& de in rem verso , & actio in factum ex ed-  
icto de rebus auctoritate judicis possidendis ,  
sed quæ hoc titulo proponitur negotiorum  
gestorum sola sibi vindicavit nomen , vel ne-  
gotiorum simpliciter , vt l. 6. Cod. Theod.  
de nunc res Dicuntur , & aliæ omnes actio-

nes, quæ sunt ex contractu, vel quasi ex contractu, esse ex negotio, gesto nam contractus omnis negotii contractus est & contractus dicitur per defectionem: nam plena oratio est, negotii contractus Sed non sunt ex alieno negotio gesto, illa tantum πλειας actionum est ex alieno negotio gesto.

### XVIII. Enarratio.

**S**Va sponte ) l. tutor 20. h. t. & quod dicitur in l. 16. *Negotium sororis tuæ gerens*, Græci sic interpretantur, ἀφ' εαυτῆς, quod est, sponte.

Vt Græci interpretantur ) Libro xvii. Basiliæ tit. II. cap. xx.

Voluntario procuratori ] Sic Cicero negotiorum gestorem vocat.

Actio contraria ) Si vtiliter gessit, l. 2. D. cod.

Doli vel culpæ nomine ) Negotiorum gestor dolum, & omnem culpam prestat, Paul. Sentent. libro i. tit. iv.

L. solvendo ) Et l. pen:

Et funeraria ) Funeraria imitatur actionem negotiorum gestorum, si quis aliquem suis sumptibus funeraverit: nisi quasi heredis negotium gerens hoc egerit, quo casu est actio negotiorum gestorum. Alias similis tantum negotiorum gestorum actionis funeratitia, quia negotium quod quis pro defuncto gessit funerando eum suis sumptibus, eius non fuit, cum is moreretur. Cujacius in Par. D. de relig. & sumpt. fun.

Actio in factum ex edicto ) Actio negotio-

rum est de gestis negotiis alienis, non propriis aut communibus. At creditor ( missus in possessionem bonorum debitoris absentis, & indefensi ) non alienum negotium gessit, sed commune sibi cum aliis creditoribus ut suum negotium: quandoquidem sibi & cæteris creditorib. possideat, l. 5. §. si plures, D. vt in poss. leg. l. 9. §. genaraliter, & §. præstat, D. de reb. auctor. judic possid. Agi igitur cum creditore non potest actione negotiorum gestorum, sed agitur actione in factum de gesto communiter. Cujacius ad leg. 14 D. de rebus auctor jud. possid.

Et si ex negotio gesto ] Contractus nihil aliud est quam negotium. dicimus contractum & contrahere per defectionem : nam plena sententia est , contrahere negotium. Cujac. ad leg. 2. C. de pact.

Negotii contractus ) In l. 2. & l. si in area 33. D de condic. indeb. l. in omnibus 57. D. de oblig. l. in negotiis 5. D de reg jur.

Illa tantum πλειάς actionum ] Mondati tutelæ , &c. de quibus suprà.

## XIX. De his quæ vi metusve causa gesta sunt.

*V. tit. 2. lib. 4. ff.*

**N**egotia gesta videtur traxisse juris conditores ad gesta vi metusve causa illa prætor tuetur datis ultro citròque actionibus negotiorum gestorum, hæc vero rescindit. Et negotiis gestis in rem actio non est, sed in personam, l. pen. sup. tit prox. atque ideo perpetua l

8. cod. Per vim aut metum re aliqua ḡesta non tantum est actio Quod metus causa in rem scripta , vi ipsa in personam , quæ vim aut metum intulit , sed etiam in rem actio , cum eo tamen ut una electa altera consumatur , l. 3. hoc tit. 9. §. volenti , § licet , D. eod. Et actio qui dem quod metus causa , quæ in hoc tit proponitur , intra annum utilem datur in quadrum , si arbitrio judicis res non restituatur , post annum in simulum causa cognita. i. si alia actio non sit , l. 4. hoc tit. l. item si cum § post annum , D. eod. est enim actio extraordinaria , nec datur habenti ordinariam. ac præterea superior titulus est de his qui rem alii gerunt honesta ratione , hic de his qui rem gerunt sibi mala ratione morē que malo illata vi , illato terrore aliquo majore , extorquendo invitis forte alienationem , vel obligationem , vel transfectionem , quas lxx. interpretes vocant Esaiæ LVIII. σπαζαλιδες Σαιων συναλλαγησ.

## XIX. Enarratio.

**I**N rem scripta , vi ipsa in personam ) l. metrum 9. §. ult quod met cau. §. præterea 31. Instit. de actione.

Moreque ) Ut in l. isti quidem 8. D. quod met. cau.

Esaiæ LVIII. ) Vers. 6. violentiorum contractuum obnexus , Tertullianus adversus Marcion. IV. 37 Itaque rescinditur extortum metu mortis , vel cruciatus corporis , vel capitalis accusationis , l. 4. & 7. h t. Basilic. lib. x. tit. i. cap. xxx.

## XX. De dolo malo.

V. tit. 3. lib. 4. ff.

**S**equuntur gesta dolo malo , quo verbo & gesta vi aut metu comprehenduntur , l. item si cum §. eum qui, D. quod met. cau. Sed & innumera alia quæ etiam prætor rescindit data in personam actione famosa quanti ea res est de dolo malo causa cognita , nec enim passim indulgetur , non certe si alia actio sit , l. 2. hoc tit. non aduersus parentes vel patronos , sed in factum , quæ detracta infamia eandem vim habet quam actio de dolo malo , l. si superstite , hoc tit. Et rursus hæc actio quæ olim dabatur intra annum utilem , hodie ex eo tempore quo dolus admisus est , datur ex Constitutione Constantini intra biennium continuum , & ex die quo impetrata vel contestata est , finiri debet intra biennium continuum , l. ult hoc. tit. Actio famosa breviori tempore constringitur. Diuturnior est actio Quod metus causa , quæ non est famosa , & in quadruplum durat quadriennio continuo , atque etiam post quadriennium in simplum. Ut autem quæ dicebatur olim de eo Quod vi metusve causa , hodie dicitur de eo Quod metus causa , quia metui inest vis , ita hæc quæ dicebatur de dolo malo & fraude l. i. D. de his qui not. inf. hodie dicitur si n̄pliciter de dolo malo , quia dolo malo inest fraus. De vi & fraude loquimur , quæ est contra bonos mores : Nam vis quæ moribus fit , & fraus quæ fide bona , in has actiones non cadit.

## XX. Enarratio.

**D**olo malo ἡ δόλων κακῶ, Homerus IL. IV.  
τῷ μὲν δικαιῷ, Sophocles, οὐλῆς καὶ ἐπαγνέσθη  
πανεγείᾳ, Sanctus Basilius, Dolus ergo quid est  
quando aliud agitur, & aliud simulatur. quan-  
do itaque aliud est in intentione, aliud in fac-  
tis, dolus dicitur. Divus Augustinus de diver-  
sis, sermone xliv. Sanctus Basilius homilia in  
psalm. xxxviii. ἵστορε ὁ δόλος, οὐκοπούσα λαζαρίας  
εἰς περιττάναι τοῦ βελτιόνων τῷ πλησίον πέσος φερεγμόν.  
Dolus est maleficium latens ad fallendum vici-  
num adhibitum sub simulatione rei melioris, vel  
ut idem scribit in regulis brevioribus, Inter-  
rog. lxxvii. δόλος τὸ τέχνης ἐπιβελλεῖς τεχνεψεῖς,  
θεραπεὺς αἰγάδος τη χιμαπούριδος, καὶ τέτοιο τεχνεψ  
δέλευτος, τουτοις περιέστις, διὰ τούτου τοῦτος ἐπιβελλεῖς τεχνεψ  
στολος: Dolus est ea, quae ad insidiandum alteri  
adhibetur accurata solertia, cum quis scilicet  
per simulationem alicujus boni, eo alicui velut  
in lecebra quadam proposito, quae ad insidias  
pertinent, exequitur. Vide tamen legem I. D.  
cod.

Ex constit. Constantini ] l. ult hoc tit.

Intra biennium continuum ] Actio de dolo  
intrabiennium continuum inchoanda & finienda  
est.

Durat quadriennio continuo ] Actio metus  
causa intra annum datur in quadruplum, post  
annum in simplum, l. item si 14. §. i. D. quod  
met. cau. annus utilis mutatus est in quadrie-  
nium continuum.

Et fraus quæ fide bona ] Homerus IL. IV.

Ἄνθρωπος δόλους πεκοσμένε. Eustatius : τεχνεψ Διάγο-

φεργίν κοῖτες δόλων ἐπέρων ἀγαθῶν, οἷς ἐπαινεῖταις  
αὐ τις κατημοῖτο: ad differentiam aliorum dolo-  
rum bonorum, quibus quis cum laude ornare-  
tur.

### *XXI. De in integrum restituzione minorum.*

**S**equuntur gesta cum minore quam xxv. an-  
norum natu, quæ perinde ac gesta metus  
causa vel dolo malo in consilio causa cognita  
rescindit prætor intra annum utilem jure vete-  
ri, intra quadriennium continuum jure novo  
postquam is xxv annum implevit, videlicet si  
minor Iesus & deceptus probetur in re, etiam  
si dolus absit adversarii, l. minoribus, hoc tit.  
& postulaverit se in integrum restitui, hoc est  
in eum locum & in eam causam reponi, unde  
excidit. In integrum restitutio, est redintegra-  
tio amissæ causæ, l. 2. inf. tit. 40. & dicitur  
propriè de circumscriptis adolescentibus inge-  
nuis aut libertinis, quia auxilium hujus æta-  
tis proprio nomine non censetur, nec enim  
actionis beneficio tribuitur, sed cognitione  
præatoria. Quæ ex metus causa aut doli aut ab-  
sentie aut capitis minutionis, vel ex aliis causis  
restitutiones dantur, actionis restitutoriæ vel  
rescissoriæ nomen habent. Et duxit quidem or-  
dinem à negotiis gestis pro alio ad gesta metus  
causa, vel dolo malo, vel cum adolescente, sed  
confirmatur etiam hic ordo ex eo quod edicto  
superiore de postulando hæc inerant verba:  
**Qui ex omnibus his in integrum restitutus non**  
**erit, l. i. §. deinde, D. de postul. quæ de in-**  
**tegrum restitutionibus tractatum efflagitabant.**

Item quod sub titulo superiore de procuratori-  
bus hæc quoque incidebat quæstio , an causa in  
integrum restitutionis , agi per procuratorem  
posset , ut inf. tit. 48. Item quod de potentio-  
ribus cum esset actum sup. tit. 13. & 14. ad quos  
re vel lite translata constabat ei ad quem ea re s-  
pertinet dari restitutionem in integrum ex edi-  
cto de alienatione judicii mutandi causa facta ,  
inde probabilis sumeretur occasio tractandi de  
omnibus causis restitutionum , & ad extremum  
de ea quam præbet alienatio facta judicii mu-  
tandi causa inf. tit. 54.

### XXII. Enarratio.

**I**N consilio causa cognita ) Ut prætor scilicet  
justitiam restitutionis examinet , l. i. D. eod.  
Edictum autem , quo Prætor in integrum res-  
titutionem pollicetur , naturali æquitate ni-  
titur: id est minorem læsum & deceptum resti-  
tui in integrum æquum est , & bonum , ut verbis  
utar Terentii in Phormione.

Jure novo ] l. ult. inf. de tempor. in integr.  
restit.

Redintegratio ] Manuscripti omnes ibi le-  
gunt , *integratio*. Glossæ Lat. Gr. *integratio*,  
*ἐπανάληψις*. Terent. in Andri. Act III. Sc. III.  
*Amantium iræ , amoris integratio est.*

Cognitione præatoria ] l. quod si minor 24. §  
ult. D. de minoribus.

### XXII. De filiof. minore.

**P**Ost generalem titulum de testitutione  
adolescentium , sequuntur speciales , quibus

quæstiones multæ ad eum tractatum pertinen-  
tes explicantur. ac prima quidem hæc , an etiam  
filiof. minori xxv. detur restitutio in inte-  
grum , si pater eius sit major : nam si filiumf.  
minorem restituvis in integrum , per conse-  
quentias videris restituere patrem , qui major  
est , quod est alienum à proposito prætoris. Sed  
hæc dubitatio removetur , quia restitutio filij  
soli filio prodest , non patri ex eadem causa suo  
nomine obligato , l. 3. § sed utrum , D. de min.  
l. ult inf. tit. 42. Suo inquam , nomine. Secus  
si filij nomine , si peculiari nomine , l. patri in pr.  
D. eod Itaque filiusf. minor xxv. an in inte-  
grum restitui potest , si sit obligatus suo nomi-  
ne, ut in casu l. 1. ) quæ in Basilicis est secunda,  
si fidejussit pro extraneo , vel pro patre ipso  
ignorante : nam si non sit obligatus suo nomi-  
ne, ut si ei pro quo fidejussit heres extiterit, quo  
genere perimitur obligatio fidejussoria , d l. 1.  
vel si pecuniam mutuam acceperit contra S. C.  
Macedoniam , non est necessaria restitutio,  
l. 2. hoc tit. Imo et si obligatus sit , uno casu in  
integrum restitutio filiof denegatur , d. l. 2. &  
d. §. sed utrum , puta si jussu patris mutuam pe-  
cuniam acceperit. Jussus efficit quominus exi-  
stinetur contra S. C. mutuam pecuniam acce-  
pisse , & ut conventus filiusf. non restituatur in  
integrum.

## XXII. Enarratio.

**S**i peculiari nomine] Quia patris periculum  
agitur qui de peculio tenetur. Vide Cujac.  
ad l. 3. §. sed utrum q. D. de minor.

fidejuss l. 95 §. quod vulgo, D. de solution.

Contra Senat. Macedon.) Ex Senatusconsulto actio non datur. ergo nec restituitur.

Puta si jussu patris ] Nam ceterus saltem visum est suplevandos esse creditores, qui alias Senatusconsulto Macedoniano satis opprimebantur, Cujac. ad d. §. 4.

### XXIII. De fidejussoribus minorum.

**U**t patri, ita fidejussori restitutio in integrum rei principalis lubrico juventæ lapsi non prodest. l. Stichum § quod vulgo, D. de solut. nisi salua sit adversario translatio judicij in alium l. minor D. de proc. l. si pupillus se hereditate D. de adq. hered. vel nisi fidejussor ignoraverit minorem eum esse pro quo intercessit, argumento l. si Titius D. de fidejuss. Restitutio autem minoris circumscripsi dolo adversarij, etiam fidejussari prodest l. 7. in si. D. de excep. l. 1. & 2. hoc tit.

### XXIII. Enarratio.

**L**ubrico juventæ lapsi ] Tacitus Annali vi.  
Donec minor filius lubricum juventæ exiret,  
in l. ul. inf. tit. xxxiv. ætatis lubrico: τῷ οὐρανῷ  
τῇ γῆς, Bas. ætatis fragilitate.

Nisi salva sit adversario ] Minore lapso restituto, fidejussoribus eius subvenitur, cum alium habet adversarius in quem transferre judicium possit, Cujacius ad leg. in causæ n. D. de minorib.

Vel nisi fidejussor ignoraverit ] Vide cunctum ad Paulum sentent. lib 1. tit. ix. §. qui sciens.

Circumscripsi dolo adversarij ] Restitutio quæ circumscripto datur , fidejussori prodest , quæ lapsu , non item. Cujac. ad l. 3. § sed vtrum , & ad d. leg. in causæ

**XXIV.** Si tutor vel curator intervenerit.

**N**on prodest restitutio patri eius qui beneficio ætatis restitutus est , ut tit. 22. non prodest fidejussori , ut tit. 23. Hic vero tit. 24. ostendit cam quoque non prodesse tutori vel curatori , nec ideo minus rescindi gesta cum minore xxv. an. si captus probetur quod gesta sint auctore tutore vel curatore , vel nomine eius per tutorem ipsum vel curatorem , qui utique semper est major xxv. an scilicet quod possit adolescens suum servare à tutore vel curatore : nam non ut ex prima & secunda edicti causa restitutio cessat , si alia actio sit aliave ratio servandæ rei jurisque sui , ita ex ætatis causa , l. in causæ 2. §. Pomp. D. de minor quinimo favore ætatis & ordinarium minori & extraordinarium auxilium suppetit , & electo uno non consumitur aliud , veluti electa actione tutelæ , vel neg. gestorum non consumitur jus petendæ restitutionis in integrum , l. ult. hoc tit. Cessat quidem restitutio si minor ipso jure munitus sit , si contractus ipso jure non valeat , d. l. in causæ , l. sive generalis , D. de ju. dot.l. 4. inf. tit. 26. l. pen. inf. tit. 30. sed non si ei alia actio competit , qua ad jus suum pervenire possit.

## XXIV. Enarratio.

**Q**Vod gesta sint auctore tut. vel curat.] Quod si presens quidem esse tutor vel curator, sed tamen plenè non norat quæ age-rentur, minoribus in integrum restitutio ne-cessaria non est, ut heic notat Hermopo-lites.

Nam non ut ex prima & secunda ed. for.] Ex prima & secunda specie restitutionis, id est, si metu vel dolo, quis inciderit in captionem.

Veluti electa actione tutelæ ] Si curatores e-legerit, & solidum quod eis abest consecuti non fuerint, postulare non poterunt, ut re-bus propriis restituantur. Per contrarium, si restitutionem elegerint, nec per eam satis eis consultum sit adversus curatores redire pos-sunt, nec ullum ex electione damnum passuri sunt.

XXV. Si in communi eadēmque cau-sa in integrum restitutio.  
postuletur.

**N**on prodest etiam restitutio minoris fratri consorti, & quamvis communis res sit in-ter fratres, non est commune auxilium restitu-tionis in integrum, l. 2. inf. Si unus ex plur. ap-pellau.

## XXV. Enarratio.

**F**Ratri consorti ) Fratres consortes dicuntur,  
qui pro indiviso commune patrimoniū

Habent D. Augustinus in sermone I. de divers. *Expectabatur in illo etiam legitimæ ætatis accessus, ut quod ficeret firmissime ficeret. Non dum autem fecit, quia ipsos agellos habet cum suo fratre communes, & sub iudicio eos possident.* Restitutio autem minoris non prodest fratri majori xxv. annis. Theodorus Hermopolites ad illa verba legis un. *vobis non mandantibus, nec ratam transactionem habentibus,* annotat, transactionem mandatu meo factam, & eam quam postea ratam habui, ejusdem potestatis esse.

## XXVI. Si adversus rem judicatam.

**A**B hoc titulo incipit enumerare causas ex quibus solet minoribus dari restitutio in integrum. Prima haec est si contra eos litigantes tutorum vel curatorum auctoritate, vel contra tutores aut curatores, aut procuratores litigantes eorum nomine judicatum sit: nam si iuratos esse doceant, litem instaurari placet, quod est restituit rem adversus sententiam vel adversus rem judicatam; quod hodie non sit, nisi allegetur error juris, aut facti. Excipitur res judicata pro libertate I. ult. inf. tit. 30. præponderat enim prævaleretque libertatis favor.

## XXVI. Enarratio

**T**UTORUM vel curatorum auctor ] I. pen. & ult h. t. Sed si absque tutorum vel curatorum auctoritate condemnati sint, sententia non valet & in integrum restitutio necessaria non est: satis enim ipso jure munitus est.

## XXVII. Si adversus venditionem.

**S**ecunda hæc est, si quid rei suæ minores considerint vel si quid tutores aut curatores eorum vendiderint figmento tituloque venditionis potius quam venditione vera, ita ut ex ea lædi contingat minores injuratos, aut juratos ex scripto tantum: nam objurati corporaliter, puta tactis sacrosanctis Evang. vel manu sublata, ut apud Orpheum ὅρκια δεσμούντες, ἐπαναγέννησον δὲ χερσὶν, vix rescindunt venditionem à se factam, quamvis læsi & reipsa decepti sint, & observanda est differentia inter duo genera dandi jurisjurandi ex lege 1. nam etsi instrumento juraverit minor se esse majorem, restitui potest si instrumentis probaverit se minorem fuisse. Si corporaliter, nullo modo l. 3. inf. si min. se maj. dix. Et episcopi vel clerici corporaliter jurare vetantur, non ex scripto, si vera est distinctio Balsamonis tit. 19. Nomocanonis tit. 17. qua in concordiam adducit I. cum clericis sup. de epis. & cl. cum l. 3. & 6. sup. de his qui ad Eccl. conf. titulus autem licet sit de venditione tantum, porrigitur etiam ad emptionem si plus quam oportet emerint, l. patri §. prædium, D. de min.

## XXVII. Enarratio.

**F**igmento tituloque ] l. 2. h. t.

Nam objurati ] Festus: *Objurare, jure-jurando obstringere, ut est in Pantasilea; formidabant objurare.*

Objurati corporaliter ] Arnulphus Lexoviensis in epistola ad Alexandrum PP. *Furamento corporaliter interveniente.*

Puta tactis sacrosanctis Evangeliiis ] Theophanes Tauromenitanus homilia xii. ὅπλικα τίς αὐτίδηνς ὡν σύνορκῶσαι οε βγλεῖαι, καὶ οοι τιθησινέμποδεν τῶν σεβασμίων τοι εὐαγγελίων τυχῆσαι: Cum adversarius tuus objurare te compellit, & ponit ante te venerandum Evangeliorum librum, &c. Joannes Cantacuzenus historiæ libro i. capite xv. εἰ μὴ γένεται τοῖς ιεροῖς τὸν ὄρην εὐαγγελίωις, καὶ τοῖς σεβασμίωις ει κατι κελευθερίων ποιεῖν, &c. Si me per sacra Evangelia, & venerandas sanctorum imagines fideliter jurare jubes, &c.

Vel manu sublata ] Danielis xii. 7. ὑψωσε τὸ δεξιὸν αὐτῷ, καὶ τῶν ἀερισθενῶν αὐτῷ εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ὥμορφον τὸν ξάνθην εἰς τὸν αἰώνα: Sustulit dexteram suam, & sinistram suam in cælum, & jurauit per viventem in secula. Adde Deuteronomio xxxii. 40.

Uic apud Orpheum ] In Argonauticis ver. ccclii.

Si corporaliter, nullo modo ] Theodorus Hermopolites tentat, minoribus etiam objuratibus corporaliter subveniri posse, idque ex verbis legis i. quasi diceret Imperator: Restitui quidem potes, quamvis corporaliter juraveris, sed nolo te bortari, ut restitui postules, ne videar auctor esse perjurii. Verba ejus hæc sunt: σὺ δέ γένους ὁ? καὶ σωματικῶς ὄμηναι οἱ αφῆλιξ, καὶ τῶν ιδίων πέντε τοι δεῖσαι, δόποναδισας διωσας, καὶ αὐτοῖς επειν αὐτῶν. οἱ γένεσις επειν τοι αφῆλιξ λέγεται δοκεῖ, οἱ οὐ μὴ καὶ τῆς ὄμηλης τὸν αφῆλιξ λέγεται δοκεῖ, οἱ οὐ μὴ καὶ τῆς ὄμηλης τίασι, καὶ καὶ τῷ ιερῷ δόποναδισας διωσας, ἐπει-

δέ περὶ ἐπειν σὲ εἰς τὸν ἀγόραν, ἵνα μὴ γνωμα  
ἐπιορκίας καὶ απιστίας σοι παραχθεῖται.

## XXVIII. Si adversus venditionem pignorum.

**T**ertia causa hæc est, creditores pignora si-  
bi obligata ex contractu minorum, vel cap-  
ta ex casa judicati, ut l. i. hoc tit. l. i. inf. de  
præd. min. non item ex contractu hereditario,  
ut l. 2. hoc tit. jure suo distraxerint, & ex ea  
re minores magno detimento adficiantur.

## XXVIII. Enarratio.

**M**agno detimento adficiantur] Puta si  
minores fraudati sint supra dimidiām ju-  
sti prætii. Fingendum autem pignus legitime  
distractum, vel ex pacto convento; cæterum  
venditio nulla esset, ut hic scribit Theodorus  
Hermopolites: μεγάλη δὲ νόσον ζημίαν, οἷα εἰς  
έλαχιστον πάνυ τίμημα Διοπαλυθή, οὐτε μηδὲ εἰς τὸ  
ημισυ τοῦ διηνεκός πριν μαζῇ αὐτῷ εἰσαγέτειν, ωστὸν  
δὲ ὅτι καθὼς ὁ νόμος γίνεται τὰς Διοπτείσεις τοῦ Κίε-  
χυρων ὄριζεται, καὶ τὸ τοῦ νέας διεπέσθη ἐνέχυρον, οὐ  
ὅτι συμπεφυμένον εἴχε τοῦτο Διοπτείσεις ὁ δα-  
νεσσός. Εανὶ γὰρ μὴ καὶ τύττες τοὺς τεόττες αὐτὸς διεπά-  
γησεν, αὐτίχυρος οὐ περιστερεῖτο, καὶ οὐ δεσμοτεία τῶ  
νέω διεμηνε.

## XXIX. Si adversus donationem.

**E**st & hæc causa probabilis dandæ resti-  
tutionis in integrum, improbabilis donatio-

nis enormitas, ut ait l. 4. inf. de inoff. don. Si minor xxv. an immodicam & stultam rerum mobilium donationem fecerit auctore curatore, non etiam si servato modo patrionii sui eam sponsæ fecerit ante nuptias, quando, ut ait l. 1. Cod. Greg. si aduer. don. sp. fac. hujuscemodi causam communis voti complendি ratio provocat. Dixi rerum mobilium. Nam prædiorum donatio ipso jure non valet ulla ex causa l. præcta, inf. de præd. min. quæ conjungenda est cum l. 1. hujus tit. Item datur ei restitutio adversus donationem si patri donanti alteri res mobiles jampridem sibi emancipato donatas, inconsulta ætatis facilitate consensum accommodaverit, l. 2, hoc tit.

### XXIX. Enarratio.

**R**erum mobilium donationem ) Cujusmodi sunt ȝia ȝeitaa, ȝi ȝod ȝi terapupes-  
vn, ȝi ȝetos ȝegeuia : Animata superflua, ves-  
tis attritta, fructus, & his similia. Theodo-  
rus Hermopolites. Sed et si, inquit, ponas res  
esse immobiles, addes, etiam cum decreto fa-  
ctam donationem. Alioquin, inquit, restitu-  
tio necessaria non est, quia ipso jure satis mu-  
nitus est. ει δε ȝi ḡeptōis mūne ḡeivta, ḡe-  
gels ȝi p̄t dñpētov ȝueadz ȝloj dñgeav.

Jampridem sibi emancipato ) Nam filio in  
potestate constituto pater frustra donat.

### XXX. Si adversus libertatem.

**E**T alia si servum manuiferit. Nam & si à  
prætore non possit adversus libertatem ref-

titui in integrum, à principe potest magna ex causa, ut si temere actorem bonorum suorum & columellam manumiserit, cuius damnum ad totius domus eversionem pertineat, l. 10. D. de min.

### XXX. Enarratio,

**A**Ctorem bonorum suorum ) Seruum cui  
terum administratio totiusque patrimo-  
nii dominici cura demandata erat, servum in  
primis ei utilem, quemque non sine danno  
rei suæ minor manumisit, sive, ut ait Theo-  
dorus Hermopolites : *πυχὸν γέ τὸν ἐλευθερω-*  
*σέντα δοξλον προιοντίων, καὶ διοικητῶν εἰχε τὸ πραγ-*  
*μάτων αὐτῷ, καὶ ταῦτα τὰν πατρίαν αὐτῷ ἐπιχει-*  
*ρεις ἔχοντα, καὶ παραβιαστεύομεν καὶ ἀφελοῦται ταῦ-*  
*τον καὶ πολὺ.*

Et columellam ) Donatus in Phorm. act. II.  
Sc. I. *columellæ apud veteres dicti servi majores*  
*domus, & ibi adfert Lucillii versum. Vide &*  
*Martial. lib. XI. ep. xcI.*

L. 10. D. de minor. ) Ad quam vide Cujacii  
recit.

### XXXI. Si adversus transactionem vel di- visionem minor restitui velit.

**P**Lacet etiam restitui minorem in integrum  
causa cognita, si forte cum adversario suo  
inconsulito transegerit tutore vel curatore auc-  
tore, vel si cum coherede aut socio divisio-  
nem fecerit, l. pen. inf. com. divid. Transac-  
tioni divisio subjicitur, quasi species generi,  
quia divisio plerumque sit transgendi causa, &

transactionem Græci hoc loco ἀπωλεσμὸν vo-  
cant, quasi finem & consummationem nego-  
tii.

### *XXXI. Enarratio.*

**I**N*consulto*] Damnoſe.

**D**ivisionem fecerit] Vide locum Augusti-  
ni in ennarrat. tituli xxv.

**A**πωλεσμὸν vocant] Basilic. libro x. tit.  
xiv

Quasi finem & consumm. ) Eſt enim ἀπω-  
τίζω, perficio, consummo, & ἀπωλεσμὸς,  
consummatio.

### *XXXII. Si adversus solutionem à debi- tore vel à ſe factam.*

**R**eftituitur etiam minor ſi per errorem ju-  
ris ſoluerit indebitum legatum, ut l. 2.  
hoc tit. puta existimans jure factum testamen-  
tum quod ipſo jure nullum erat, ut l. 11. inf. de  
test. man. quæ conjugenda eſt cum d. l. 2. Et  
recte l. pen. sup. tit. 21. minoribus consuli in  
hiſ quæ ignoraverunt. i. ignorantibus jus, ut l.  
5. D. de l. Cor. de fal. l. 6. inf. de hiſ quæ ut ind.  
Reſtitutus autem minor adverſus ſolutionem  
à ſe factam condicit id quod ſolvit. Item reſti-  
tuitur ſi ei pecunia à debitore recte ſoluta fit,  
& hanc perdiſerit, ut l. 1. & reſtitutus agit  
cum debitore priftina actione, perinde ac ſi de-  
bitor non ſolvifſet, neceſſaria eſt reſtitutio,  
quia debitor liberatur, etiam ſi curator non  
intervenerit: & ſi intervenerit vix minor reſti-  
tuitur, l. ait prætor, D. de min. maxime ſi per-

judicem facta sit , ut l. 25. inf. de adm. tut. Igitur de solutione à minore facta est l. 2. de solutione à debitore facta minori vel curatori ejus l. 1. nec in vet. lib. aut in Basilicis ita conceptus est titulus , ut vulgo , si adversus solutionem à tutore , sed generalius , Si aduersus solutionem à debitore vel à se factam , εαν̄ χρήσθω διαλυσιν̄ την̄ παρατητὴς χρεῶσου ἡ παρεῖσαν̄ περιποίησι . & observandum in eadem l. 1. minorem restitui aduersus solutionem curatori factam posse aliquem statuere facillime , nisi prohibetur d. l. ait prætor , simūlque animadverterat , non præcise legem restitutionem polliceri , sed an sit tribuenda per causæ cognitionem estimari posse , hoc tantum edicere.

X X X I I. Enarratio.

**C**ondicit id quod solvit ) L. illud 25. D. de  
minor.

Si adversus solutionem à debitore &c.) Sic  
in veteribus Ægidii, McNagii, & Juliani Bro-  
dæi.

In eadem l. i. ] In qua recte libri veteres ,  
promissum beneficium, ut in Basilicis , επαγγελ-  
γίαιαι βοηθεια , promissum auxilium.

**X X X I I I.** Si adversus dote m.

**I**tem datur minori restitutio adversus dominum , ut puta , si ultra vires bonorum suorum dotem dederit , l . si ex causa § . in dotis , D . de min . vel si omnia bona quod sit quidem jure l . 4 . inf . de jur . dot . ( quæ cum l . unica hujus , lit . conjungenda est ) quad ratio patitur , us.

ait. I. quæro , D. eod. & modus , scilicet legi s  
Papiæ , aut No. 22. librarum auri C. Sed lædi  
ex ea re quandoque mulier herésque ejus po-  
test dolo fallaciisque mariti effundens in dotem  
omnia bona sua , vel minoris æstimans res do-  
tales , qua ex causa ctiam majori subvenitur ,  
I. jure §. ult. I. si res §. I. D. eodem. Sed ma-  
jori judicio dotis conceptio in bonum & æ-  
quum , minori etiam per restitutionem in inte-  
grum. Restituitur etiam adversus dotem si du-  
riorem aliquam pæctionem dotis fecerit quam  
nunquam ficeret major , I. minor se §. ult. D.  
de minor. vel si ex intervallo patri stipulanti  
soluto matrimonio dotem sibi reddi consen-  
sum adhibuerit , I. 3. §. sed utrum in fi. D.  
eod.

### XXXIII. Enarratio.

**D**olo fallaciisque ) *κατὰ περιεργὴν καὶ*  
*ἀπατὴν πνε*, ut in Basilicis.

### XXXIV. Si adversus delic- tum suum.

**D**elicta alia contrahuntur opera consulta ,  
alia per ignorantiam in his minori subve-  
nitur per restitutionem in integrum , ut pœna  
liberetur quam commisit : ut si mater minor  
xxv. an per errorem juris liberis impuberibus  
tutorem non petierit , I. 2. hoc tit. vel si eodem  
errore matrimonio contracto incestum jure  
civilicommiserit , I. si adulterium . §. stuprum ,  
D. adl. Jul. de adult. In illis veluti furto , ad-  
ulterio , homicidio , non item , quæ contra le-

ges admittuntur dolo malo, & quæ legibus etiam nominatum impuberibus vindicantur. Et ratio differentia, quod illa veniant ex animo, hæc ex contractu, id est ex re ipsa tantum: Sic enim legendum est in l. i. Sed cum delictum non ex animo, sed ex contractu venit, ut in Basil. ἀντὶ ὅτε τὸ αὐτορήματα μὲν απὸ Φυχῆς πονηθέσσι, αὖτε αὐτὰ συναλλαγὴν ποιεῖται. Et contractum igitur accipio pro facto ipso, sive delicto, ut l. si remitt. D. de re judic. vel, ut loquitur Aristoteles, pro involuntario contractu.

### XXXIV. Enarratio.

**M**atrimonio contr.) Quid si minor intra annum luctus secundo nupserit marito, an excusabitur ab infamia cæterisq; pœnis, l. i. & 2. inf. de sec. nupt. sic videtur arg. leg. minorib. inf. de iis quib. ut indig. quantuis miles non excusat, l. decreto, sup. de caus. ex quib. infam. P. Faber.

Quæ contra leg. adm.) Quæ & naturali jure probra existimantur, l. probrum, D. de verb. signif. P. Fab.

Quæ legibus antiquis) Plinius xviii. 3. Impubem Praetoris arbitratu verberari. A Gellius libro x. tit. xviii.

Sic enim legendum est in l.i.) In veteri Brodæi sic legitur: Si cum delictum non ex animo sed ex contractu, videlicet culpa in contra, sed extra venit, noxia non committitur. vitiosam scripturam proposui, ut si qui meliores codices naœti fuerint, partim ex antiquo Brod. partim ex suis emendent.

Ut in Basilicis) Libro x. tit. xvii.

**Ut loquitur Aristoteles / Lib. v. Ethicorum Nicomach. cap. ii.**

Pro involuntario contr. ) Nam delictum & crimen contrahi dicitur , l. i. D. de legib. 1 2. §. 2. D. de condit. ob turp. caus. vide quæ di- xi ad tit. i. lib. iv. Institut.

### *XXXV. Si adversus usucaptionem.*

**S**ed & si quis rem minoris usuceperit , ei sub- venitur rescissa usucapione. Usucapio est ad- quisitio Domini per possessionem justam justi temporis si adversus præscriptionem non datur titulus propter l. ult. inf. in quib. eau. in int. rest. &c.

### *XXXV. Enarratio.*

**U**sucapio est adquis. domin. ) l. un. hoc tit. Isidorus originum lib. v. cap. xxv. *Usuca- pio est adeptio dominii per continuationem justæ possessionis.*

Justi temporis ) Temporis lege definiti , l. 3. D. de usurp. & usucap.

Non datur titulus propter l. ult. ) Vide ibid.

### *XXXVI. Si adversus fiscum.*

**H**oc titulo ostenditur , non tantum adver- sus privatum , sed etiam adversus fiscum minores deceptos restitui venditionis à se vel à fisco factæ , vel alterius contractus rescindendi causa : & adversus privatum notionem esse præ- fidis , adversus fiscum procuratoris Cæsaris adjuncto præside , & præsente advocate fisci.

XXXVI. Enarratio.

PRæsente advocate fisci ) παρόντι τῷ καθολικῷ : præsente catholico in Basilicis.

XXXVII. Si adversus creditorem

Creditor proprius est qui pecuniam credidit, i. mutuam dedit, & debitor qui accepit. Hic si minor sit xxv. an. paterfam. adversus creditorem bonæ fidei restituitur rescissa cautione creditæ pecuniæ si ea pecunia in rem ejus versa non sit. Dico paterfam. Nam filius fam. qui mutuam pecuniam accepit, non est debitor. Dico creditorem bonæ fidei ex l. Stichum §. quod vulgo D. de solut. Nam is qui sciens perdituro credidit, creditor non est l. si vero non remunerandi, §. si adolescens, D. mand. l. quod si minor. §. pen. D. de minor. Similis est tit.lib.vii. Sed qui ad præscriptionem longi temporis pertinet, non restitutionem minorum.

XXXVII. Enarratio.

Creditor proprius est ) Vide tit. ii. libri iv.

In rem ejus versa non sit ] Si locupletior factus sit, non restituitur: sicut & pupillus locupletior factus tenetur ex rescripto D. Pii.

Non est debitor ) Debitor enim intelligitur is à quo invito exigi pecunia potest, l. debitor iost. D. de verb. signific. filius autem familias tutus est exceptione Sc. Maced.

**XXXVIII.** Si ut se hereditate abstineat.

**R**estituitur etiam minor abstinenti causa qui temere damnosæ hereditati permis-  
cuit se, vel qui adivit, aut pro herede gessit, aut  
bon. possessionem agnovit, quod etiam est pro  
herede gessit, l. 12. inf. de ju. delib. qua in re  
servanda est forma prodita No. Iustin. 119. §.  
~~τρόπος τε κατόπιν~~ Letiam, §. ult. D. de min Et abstinen-  
di verbo addamus, vel repudiandi, ut l. 7. §.  
pen. D. eod. l. 2. hoc tit. quæ communis est  
hic titulo & sequenti.

**XXXVIII.** Enarratio.

**A**bstinenti causa) Titulus ita legitur in ve-  
teribus, Si ut se hereditate abstineat.

**XXXIX.** Si ut omissam hereditatem vel  
bonorum possessionem vel quid  
aliud adquirat.

**E**t ex diverso idem quoque restituitur ad-  
quirendi causa, si intra tempora constituta  
hereditatem non adierit, vel bon. posses-  
sionem non agnoverit: id enim est proprie omit-  
tere hereditatem, vel bon. possessionem. sed &  
si alio genere hereditatem, vel bonorum pos-  
sessionem sibi delatam amiserit. Adjicit, vel  
quid altud, quamquam de eo nihil in constitu-  
tionibus sub tit. positis sit expressum, sed quod  
in eis de hereditate & bon. possessione, facile  
trahitur ad legatum & fideicommissum, vel  
quid aliud.

XXXIX. Enarratio.

**R**estituitur adquirendi causa ) Quod minori favorabiliter præstatur. D. Augustinus in epistola ccxvi. Ut etiam rebus , quibus renunciasti , te post renuntiationem inferueris , quod nec apud humanas ipsius leges ullo modo defendi potest.

Ad legatum ) L. ait Prætor 7. §. & si sine dolo , D. de minor.

X L. In quibus causis in integrum restitutio necessaria non est.

**V**ariæ quidem jam ante variis locis sunt demonstratæ causæ in quibus minori non est necessaria restitutio in integrum quasi ipso jure munito satis , ut si rem mobilem vendiderit sine curatoris auctoritate , l. 3. tit. 21. vel immobilem sine decreto , l. 2. tit. 29. vel si creditor curatoris fidem secutus cum eo principaliter contraxerit ignorans curatorem eum esse & rem agere alterius , l. pen. tit. 24. vel si res judicata sit contra minorem indefensum l. pen. tit. 26. vel si minor xx. an servum manumiserit contra legem Æliam Sentiam , l. pen. tit. 30. Sed quia restant aliæ quædam , de his visum est proponi debere titulum specialem , in quo quæ præter eas continentur eæ sunt , si cum non defenderetur ultus non sit necem defuncti : nec enim ei ob eam rem hereditas eripitur , quasi indigno , quæ majori eriperetur , l. i. hoc tit. Item si non interpellaverit personam debitoris ex contractu bonæ fidei , vel ex legati aut fi-

deicommisi causa , ut ex mora fructus & usu-  
ræ cederent. Nam & sine interpellatione mino-  
ri debentur ipso jure ex solo tempore tardæ so-  
lutionis constitutione Severi usque ad legitimi-  
mam ætatem , l. cum vero §. apparet , D. de  
fideicom. lib. I Titia §. 1. D. de leg. 2. l. 3. hoc  
tit. conjuncta , l. §. inf. de act. empt. Item si  
tutore dativo litigante pupilli nomine qui non  
satisfudit rem pupilli salvam fore , res contra  
eum judicata sit , l. pen. hoc titulo conjuncta  
l. 3. inf. de tut. vel cur. qui sat. non ded. Item  
si in instituenda quærela inofficiosi testamenti  
minori objiciatur præscriptio quinquennii , l.  
2. hoc titulo , vel in petenda bon. possessione , &  
generaliter ex l. ult. si qua alia objiciatur præ-  
scriptio temporis adversus quam potuerit resti-  
tui in integrum , præter præscriptionem xxx.  
aut xl. ann. quia aliæ præscriptions ipso jure  
non currunt adversus minores xxv. ann. & ob  
id opinor in hoc libro ponи quidem it. Si ad-  
versus usucaptionem , sed non etiam , si adver-  
sus præscriptionem longi temporis , quæ ta-  
men minori non restituto objici poterat , ut l.  
3. inf. quibus non ob. lon. temp. præs. minori  
scilicet , qui pupillus non esset.

#### *XL. Enarratio.*

**Q**Uæ majori eriperetur ] Aimoinus de ge-  
stis Francorum lib. iv cap. xviii. Idcirco  
in publico Francorum conventu à quibusdam pro-  
ceribus secundum leges Romanas quæ sanciunt à  
paterna eos decidere hereditate dere , qui nolue-  
rint imperfecti necem vindicare omnibus paternis  
exsoliati sunt.

Si in instituenda quærela inoff. ) Nam ipso  
jure quærela inofficiosi integra ei servatur: &  
ob id in integrum restitutio necessaria ei non  
est.

Præter præscriptionem xxx. aut xl. ann. )  
Præscriptio xxx. aut xl. ann. currit adversus pu-  
beres minores xxv. ann. aliæ ipso jure non cur-  
runt: *Melius etenim est intacta eorum jura ser-  
vari, quam post causam vulneratam remedium  
quærere, ut est in l. ult. h. tit. Aristoteles Po-  
litic. lib. v. cap. iii. Σέλπιον ἐξ αρχῆς ὀργῆν, ὅπως  
μη ἐνέσωνται τοσούτοις περιέχοντες, η ἐδίσταντος γρήσ-  
θαι, οὐδὲ σεογν. Suidas: αρχής οὐδὲ λάσιον η τε-  
λευτής In epist Ceretii, Salonii & veranii E-  
pisc. ad Leonem PP. *Scientes pene sera esse re-  
media, quæ adactis jam vulneribus apponuntur.*  
Ait autem post causam vulneratam, ut Symma-  
chus epistolarum lib. 2. 30. negotium vulne-  
ratum. *Quo animo, inquit, acceperim Siciliense  
negotium vulneratum, facile conjectas.**

Qui pupillus non effet. ) l. 3. inf. de præsc.  
trig. vel quad. an.

#### XLI. Qui & adversus quos in inte- grum restitui non possunt.

**H**AETENUS dixit de causis in quibus mino-  
ribus necessaria est restitutio in integrum,  
vel non. Nunc tractare incipit qui minores,  
& adversus quos in integrum restitui non pos-  
sunt, ac primum non temere in integrum re-  
stitui minores quos constat esse attentos & di-  
ligentes patresf. quosque verisimile non est  
xiatis infirmitate lapsos: nec quemlibet mi-

norem utique semper in consilio prætoris , aut præsidis haberi pro minore , ac ne lapsos quidem , vel circumscriptos re cum parentibus aut patronis utriusque sexus gesta , restitui adversus eos , nisi adversus matres , quæ secundas nuptias contraxerunt ex Nov. clv. quod quacunque ex causa restitutio postuletur , videatur quodammodo suggillari pudor & gravari opinio ejus aduersus quem restitutio postulatur : & olim forsitan famosa fuit actio de circumscriptione adolescentium ex lege Lætoria , utine propter te fidemve tuam captus fraudatusve siem , quodque honestius & melius sit adolescentem æqui boni consulere damnum quod fecit , quam retractare quod cum his personis gessit , in quas etiam fraudis suspicio non cadit . Et in sequentibus titulis plerique alii demonstrantur esse minores , qui in integrum restitui non possunt .

### X L I. Enarratio.

**E**X lege Lætoria utine &c. ) Cicero de Of-  
ficiis libro III. Quanti verba illa , u t i n e  
P R O P T E R T E , &c. ut heic.

Fraudis suspicio ) l. penult. infra de adop-  
tion.

### X L I I. Si minor se majorem dixerit vel probatus fuerit.

**E**T hoc titulo quidem non posse in inte-  
grum restitui minores qui jurarunt , vel  
forte ut sibi pecunia crederetur dolo malo se  
majores esse dixerunt & persuaserunt , vel  
etiam

etiam dolo scientes se esse minores prætori aut præsidi imposuerunt, & falso probaverunt se esse maiores, quia in his malitia supplet ætatem, ut ait l. 3. ideo non restituuntur aduersus eos quos deceperunt, & idem dicitur de minoribus, quod de mulieribus l. 2. §. pen. D. ad Vell. deceptis non decipientibus subveniri, l. 1. Cod. Greg. si ma. fu. prob. l. 2. hoc titulo, nam si minorum dolus absit, ut si per errorem, aut per fraudem adversarii maiores probati fuerint, non immixto postulant auxilium, l. 1. 3. 4. hoc titulo. Probare autem majorem & perfectam ætatem Græcis hoc loco est *πράγμα τὸν λεγομένον τελειότητα*, & probationem sequi solet decretum prætoris vel præsidis permittentis administrationem rerum suarum his qui maiores probati fuerint. Et probatur ætas testibus vel instrumentis, l. 2. tit. 44. veluti tabulis professionum, l. 2. D. de excus. l. 1. hoc titulo, quæ ibi à Græcis vocantur, *προσεγγόντες τὰ πατρός*, quod plerunque confiantur à patre natis filiis. Apulejus 2. Apol. Pater natam sibi filiam more cæterorum professus est, tabulæ partim tabulario publico, partim domo adservantur. Sed fidem faciunt etiam confectæ à matre vel avo, l. etiam, D. de prob. Probatur etiam ex aspectu d.l.3 d.l.1. Cod. Greg. l. minor. xxv. D. de minor. & ex aspectu, ut opinor necessariæ partis, maxime si queratur de pubertate marium. Aristoph. *σφῆκες πυρίδων δεκιμού ζερένας, αἰδητα παρέστη θεῶνται Platolegum xi. τὸν τὰς τῷ γάρον χρόνου συμμετρίαν τε καὶ ἀμερίαν ὁ διηγήσας σκοτώντι κρινέτω, γυμνοὺς μὲν τὰς ἀσφενάς, γυμνάς δὲ ὄμφαλος μέχρι θάρρους τὰς θυλείας.* Quinti-

lianus decl. 279. Postea nudari filium, atque in conspectu judicum constitui cogit. Idem in Instit. quæstionem hanc centumviralem esse ait pubertas annis an habitu corporis æstimetur: quam definivit tandem Constitutio Justiniani sedata controversia, quæ hac in re erat inter Cassianos & Proculianos, à qua nec abhorret, l. 4. inf. qui test. fac. poss. & secundum eam impubes est, qui nondum pervenit ad annum xiv. etiam si facies, vel alia pars corporis pubertatis computet ætatem, & contra pubes qui pervenit ad annum xiv. etiam si ex habitudine ejus ætatis non videatur esse.

### XLI. Enarratio.

**M**inores qui jurarunt.] Restituuntur jurati ex scripto, non si corporaliter jura-  
verint, tit. xxvii. sup. ex l. 3. hoc tit.

Se esse minores prætor. aut præf. impos.) Theodorus Hermopolites : Δός μόνις τῷ θείῳ σώματος ἐμφανεῖς τῷ δικαστῷ παρέπεισε: ex solo corporis aspectu judici persuasit se esse majorem quæ quidem probatio satis lubrica & periculosa est. Aeschines contra Timocratem: εἰσὶ φύσεις αὐτράπων πολὺ διαφέρουσαι ὅρθιναι ἀκτήλαι τὸ τεῖχος τῶν ηλικίων ἔνιοι μὲν γένεσι οὔτες, κατφερεῖς καὶ περσύτεροι φαίνονται. ἔτεροι δὲ πολὺς αριθμὸν χρονικές γεγονότες, παντοπασινέοι δοκοῦστες εἰσὶ. Hæc inter homines naturæ discrimina sunt, ut ex aspectu satis non posse fit ætas dignosci: quidam enim juvenes ætate proiecti esse videntur. Alii seniores cum sint, omnino juvenes apparent.

Malitia supplet ætatem.) τῷ ηλικίᾳ αὐτοπλη-

paroūtions τὸ ὑπερηφανές τὸ ηλικίας : malitia supple-  
te quod ætati deest , ut ait Hermopolites , in l.  
l. inf. de reputat. quæ si. sive ut est in Basili-  
cīs , οὐκ ηλικία αὐτῷ ἀναπλεγῆ τὸ τὸ ηλικίας ἀπελέσ-

Malitia ejus supplet quod ætati imperfectæ de-  
est.

Græcis hoc loco est. ] Libro x. Basilic. tit.  
xxv. cap. i.

Natis filiis ) Juvenalis sat. ix & libris aetо-  
rum spargere gaudes Argumenta viri. Vetus  
Scholiastes : Apud ærarium patres nomina de-  
ferebant natorum filiorum.

Idem in Institut. ) Libri iv. capite ii.

Constitutio Justiniani ) L. ult. inf. quando-  
tut. vel curat. esse desin.

### XLIII. Si sæpius in integrum restitu- tio postuletur.

**H**oc autem titulo ostenditur , non posse in  
integrum restituī minores in ea causa , in  
qua jam ante petita restitutione in integrum  
repulsam passi sunt , nisi novas proferant de-  
fensiones , ne res semel rite judicata temerè  
retractetur , & hoc est quod Paulus ait i. sent.  
integri restitutionē plusquam semel non es-  
se decernendam.

### XLIII. Enarratio.

**N**isi novas proferant defensiones ] L. 2. &  
3. h. t. in l. 2. vox *judicem* non est in li-  
bris vett. nec in Basilicis. in l. 3. iterum legitur  
in cod. Brodæi. Auctores Basilicān legerunt ,  
*iteratum* : vertunt enim επιδιευτερούμενον .

**X L I V.** De his qui veniam ætatis  
impetraverunt.

ET præterea hoc titulo non posse in integrum restitu minores , qui à principe extra ordinem, ut ait l. 3. D. de minor. vel ex Novel. Leonis 28. à magistratu veniam ætatis impetraverunt , in his scilicet quæ gesserunt post impetratam veniam , l. 5. inf. tit. 52. ne qui cum eis contrahunt principis auctoritate circumscripsi videantur, l. 1. hoc titulo. Neque vero impetrant veniam ætatis. i. jus legitimæ ætatis , & rerum suarum administrationem , nisi impleverint mares annum xx. & fœminæ xviii. Celerior est cursus prudentiæ mulieribus , quæ ætas proprio nomine à Constantino firmata appellatur , l. 1. Cod. Theod. eod. nec enim perfecta justa , legitima dici potest , l. ult. hoc titulo , sed exigitur , ut & hujus ætatis se esse mares per se probent insinuata venia quam à principe impetraverunt , l. ult. inf. de spons. si Senatores sint apud præf. urbi , si plebei apud prætorem , & omnes in provinciis apud præsidem simul , ac testibus se eis moribus esse præditos , ut mercantur veniam ætatis. De maribus loquor. Nam fœminæ propter pudorem & verecundiam non coguntur prodire in publicum , ut l. 1. sup. de off. diu. jud. l. 2. §. fin autem , inf. de jur. prop. cal. & satis est ab eis firmatam ætatem probari per procuratorem , l. 2. hoc titulo. Vis autem hujus beneficij principalis hæc est , ut minor xxv. an. curatione liberetur , & rerum suarum ad-

ministrationem recipiat, & in omnibus pro  
majore habeatur, l. 10. inf. de appell. ult. inf.  
si ma. fac. al. fa. sine dec. præterquam si præ-  
dia velit alienare, aut obligare sine decreto,  
l. pen. hoc titulo, quod & in formula veniæ æ-  
tatis sic Cassiodorus excepit, ita ut alienandis  
rusticis, vel urbanis prædiis constitutionum  
servetur auctoritas, nec cum opinioni præstare  
volumus, utilitatem publicam lèdere videa-  
musr. Olim venditio ei permitta erat, & pigne-  
ratio etiam sine decreto, donatio nullo modo,  
l. ult. inf. si major fact. alien. rat. l. tutores §.  
ab eo, D. de admin. tut.

## LXIV. Enarratio.

**M**ares annum xx.) Nam, ut ait Procopius  
Gazæus in Leviticum, annus vicesimus  
initium est ætatis ad res gerendas habilis, &  
sexagesimus finis.

Insinuata venia ⁊ Thalelæus ad leg. §. inf. de  
sponsal. ibi, in competenti judicio comproba-  
tam didicisti, inquit, libro II. Codicistit. XLIV.  
constit. II. post petitam veniam principale re-  
scriptum insinuari etiam debere: δὲ δεῖ μὲν τὰς  
αἴτης καὶ εὐφάντου τὰς αὐτογενῆ, libro XVIII.  
Basil. tit. II.

Cassiodorus ⁊ Variarum VII. 41.

XLV. Si major factus ratum  
habuerit.

**U**ltimus casus quo non restituuntur in in-  
tegrum minores hic est, si quæ in minori  
ætate gesserunt, majores facti rata fecerint,

quia per ratificationem in integrum restitu-  
tioni renunciare videntur, & nihil interest fa-  
cto, an silentio ratum habuerint, ut Paulus  
ait. i. Sent. silentio anni utilis jure veteri, qua-  
triennii continui jure novo.

### X L V. Enarratio.

**E**T nihil interest facto. ) Puta si confirmata  
verit. Basilica : δικαιοδόξω, καὶ εἰρηνίω-  
τας ἀντὶ : rata habueris, eaque confirmave-  
ris.

Ut Paulus ait i. Sentent. ) Tit. ix. §. si ma-  
jor.

Quadriennii continui. L ult. inf. tit. li.

### X L VI. Ubi & apud quem cognitio restitutionis agitanda sit.

**S**equitur alia inspectio, ubi, id est in quo fo-  
ro, & apud quem cognitio in integrum re-  
stitutionis agitetur. Et placet agitari sive mi-  
nor eam petat, sive major in foro ejus adversus  
quem petitur restitutio, secundum regulam,  
qua dictat, actorem sequi forum rei, & non  
tantum pro tribunali apud magistratum urba-  
num, vel provincialem, sed etiam apud judi-  
cem datum à principe, vel à magistratu ordi-  
nario specialiter in hanc ipsam rem, vel in a-  
liam in quam incidat questio restitutionis, ex  
qua apparet eam in modum contradictionis  
objici posse, vel apud eum cui à magistratu  
mandata sit jurisdictione omnis, vel hæc species:  
est enim cognitio hujusmodi jurisdictionis &  
misti imperii: ideoque mandari cuilibet po-

test , mandatoque generali comprehenditur. Sed & quibusdam casibus non in foro rei hæc causa agatur sed in consistorio principis , veluti adversus libertatem , l. 10. D. de min. vel adversus rem iudicatam à procuratore Cœsar-  
ris , vel ab eo qui vice sacra iudicat , veluti vi-  
cario , aut præf. urbi , vel à iudice dato à prin-  
cipe , l. 1. hoc titulo , l. 3. supra si adversus rem  
iudicatam l. minor autem §. pen. D de minor.  
Verum enim vero apud magistratum munici-  
palem hæc cognitio non agitatur : nec enim  
ei suo iure competit sine mandatu præsidis , l.  
ea quæ , D. ad municip. neque iudicii compro-  
missario , neque arbitrio electo communi ; nu-  
doque consensu partium , neque arbitro dato  
à iudice pedaneo , habente scilicet notionem  
tantum , non iurisdictionem , l. ult. veluti ar-  
bitrio rationibus excutiendis , aut bonis æsti-  
mandis , aut fideiussoribus probandis.

## XLVI. Enarratio.

**I**N foro eius adversus quem ) l. 2. h. t.  
A procuratore Cœsaris ) παραγγελμάτῳ ,  
Basilica , à Catholico.

Aut bonis æstimand. ) l. 2. inf. de usur. le-  
gat.

## XLVII. De reputationibus, quæ fiunt in judicio in integrum restitutionis.

**S**Equitur alia inspectio de reputationibus. i.  
de his quæ adolescenti petenti restitutionem  
in integrum imputantur, ut ea vel reddat , vel  
compensem , exempli gratia , si restitutus ad-

versus venditionem & traditionem fundi desideret etiam fructus sibi restituui quos emptor percepit, cum fructibus compensare debet usuras, vel pretium reddere cum usuris, & sumptus meliorati fundi. Et similiter restitutus adversus emptionem, recipit pretium cum usuris, & fundum restituit cum fructibus. Et restitutus adversus transactionem, reddit quod accepit ex causa transactionis, & vicissim ei redditur, quod dedit cum accessionibus & omni causa. Item restitutus abstinendi gratia, reddit id omne quod ex hereditate percepit, aut dolo malo fecit, quo minus percipere posset. Et eadem ratione, ut fit in mulierum expromissionibus ex Senatusconsulto Velleiano, restituto minore adversus expromissionem, puta cum novandæ obligationis gratia intercessit pro alio, creditori restituitur vetus actio in veterem debitorem. Omnis restitutio in integrum est reciproca, aut iniquissima, si ex uno tantum latere restituatur rem. Semper excipio casum l. pen. sup. tit. 19.

## XLVII. Enarratio.

**A**Dversus transactionem ] l. 1. & 2. sup. tit. xxxi.

Quo minus percipere posset ] l. unic. hoc titulo.

Ex Senatusconsulto Velleiano ] l. 8. §. Marcellus D. ad Velleianum.

Cum novandæ obligationis ] d. l. un. cons. Basil. interpretatione.

X L V I I I . Etiam per procuratorem causam in integrum restitutionis agi posse.

**E**Tiam hoc inspici in hoc tractatu quærique dignum erat, an per procuratorem agi possit causa restitutionis in integrum, propterea quod in hoc judicio ætatem probari convenit, quæ plerunque probatur ex aspectu, & quod mares per se insinuant veniam ætatis, ætatemque firmatam, ac morum probitatem probant. Sed utilitatis causa receptum est, ut etiam per procuratorem agatur recte causa restitutionis in integrum, cui scilicet id ipsum nominatum mandatum sit; putem & per cognatum, vel adfinem, cui id mandatum non sit, sicut alia actio quælibet, si nec ab ipso minore petere & agere prohibitus sit l. Pap. §. illud l. patri, D. de minor.

X L V I I I . Enarratio.

**P**Robari convenit. ) sup. tit. XLII.

Insinuant veniam ætatis. ) Sup. tit. XLIV.

Ætatem firmatam. ) Ut Virgili ecloga IV.

*Hic ubi jam firmata virum te fecerit ætas.*

Per procuratorem. ) l. un. hoc titulo.

Nominatum mandatum sit ] l. 25. §. 1. D. de minoribus. Minor auctore curatore procuratori nominatum mandare potest, ut causam in integrum restitutionis agat. Sed & curator generalis minoris nomine eandem causam agere potest, ut hic scribit Hermopolites: ὁ τοσούς νεώτερος πέπονων αὐτοσ τασ νέας ζητεῖ.

*τεῖν ἀπονομασίας αὐτῷ & καλυπταῖ. Est autem cura-*  
*tor generalis, inquit, qui minori datus est,*  
*ut cius negotia tueatur usque ad annum xxv.*

### X L I X. In integrum restituzione postulata ne quid novi fiat.

**Q**uod appellatio majoribus præstat, hoc  
minores consequuntur adversus senten-  
tias beneficio restitutionis, si nolint appellare,  
l. præses, D. de minor. & adversus gesta alia  
quæcunque ad quæ majoribus nullum patet  
auxilium. At siue appellaverint majores aut  
minores, siue petierint minores restitutionem,  
medio tempore nihil deintegratur, sed omnia  
manent in integro quo ad de appellationis vel  
restitutionis causa pronunciatum sit. & hoc  
loco definit tractatus de minoribus qui cœpit  
à tit. 21. Sequuntur causæ ex quibus nonnun-  
quam restituuntur etiam majores xxv. an.

### LXIX. Enarratio.

**N**ihil deintegratur ) l. un. D. nihil innov..  
appellat interpos. l. un. hoc titulo.

### L. De restitutionibus militum & eorum qui reip. causa absunt.

**M**ajores xxv. an. & heredes ex persona  
eorum restituuntur in integrum, si cum  
essent in militia occupati, in castris, vel præsi-  
diis vel stativis, vel qua alia ratione abessent  
Reip. causa sine dolo malo, interim res eorum  
vsu captæ sint, aut venditæ à creditoribus, aut  
tempore amissæ actiones quæ eis compete-  
bant, vel etiam tempore amissa bonorum pos-  
fessio hereditas re, & restituuntur postquam

desierunt abesse intra annum utilem , & hodie  
intra quadriennium continuum , rescissa usuca-  
pione , venditione bonorum , distractione pig-  
norum , præscriptione temporis , restitutoque  
dominio rerum , restituta bon. possessione , re-  
stitutis actionibus.

## L. Enarratio

**V**El præsidiis ) Non si essent in suis ædibus :  
nam in l. ult. libri veteres habent , ædibus ,  
& Basilica oīngis. Vide consultationem xlix. &  
Notas ad Instit. tit. de milit. testam.

Reipublicæ causa sine dolo malo ) l. 4. hoc  
titulo. Sed & milites qui Romæ militant , Re-  
publicæ causa abesse intelliguntur , l. 6. D. ex  
quibus causis maj. Theodorus Hermopolites:  
*χαὶ τὸν τοῦτον τὸν βασιλέας φυλακῆς οἱς σημεογύ-  
ῶς οἱ μαγιστροί , χαλᾶσι παρεμονάσι , Stephanus in Ari-  
stotelis Rheticam : τορεννιδός ἢ τέλος φυλα-  
κή , ἡγεων λεγόμενα παρεμονάσι . Vide Codinum  
de officiis cap. v. num. xlvi. edit. Reg. milites  
stationarii.*

Usucaptæ sint &c. ) l. 1. 2. 3. & 4. h. t.

Intra annum ] d. l. 2.

Intra quadriennium ) l. ult inf. tit. lxi.

## LI. De uxoribus militum & eo- rum qui reip. causa absunt.

**S**Ed & uxores militum & aliorum qui Rei-  
pub. causa absunt in integrum restituuntur ,  
si sequuntæ viros interim per absentiam aliquid  
damni fecerint , vel aliquid lucri non fecerint ,  
ut quibus officium publicum non debet esse

damno, non sit etiam uxoribus eorum.

## LI. Enarratio.

**S**ed & uxores militum) Pone fundum venditum absente uxore inilitis, refuso pretio, quod revera adnumeratum est, non quod instrumentum. vend. continetur, uxor eum recipiet, l.z. h. t. Solent enim quidam plerumque subdole & contra veri fidem instrumentis adscribere se impenso pretio emisse quod minimo emet int: sive ut ait Hermopolites: σὺ μὲν τὸν τὸν πεντηπάρα πολὺν κατεκόπισθαι, πολλακίς γέ τινες οἰχοι διδόντες αὐτοῖς τὰ τέχνην οὐκ οὐδὲν πλεονεκτεῖς γε φουντοῦν τοῖς ὀνειροῖς. Verba autem illa legis 2. sed quia hujusmodi diutinæ absentia commentata callide adhibita atque composita obesse omnino non debent, sic idem Theodorus interpretatur: non debent obesse emptori. Finge, inquit, absesse mulierem sperantem post redditum se adversus emptorem restituiri non reddito pretio.

## LII. De temporibus in integrum restitutionis tam minorum & aliarum personarum quæ restituti possunt, quam heredium eorum.

**C**ommunis hic titulus est minoribus & maioribus pertinentibus ad causam restitutionis in integrum; & erat olim quidem, ut de temporibus primum dicamus, omnibus jure praetorio constitutus annus utilis ad petendam, restitutionem in integrum, deinde lege Cons-

tantini fuit restitutio*nibus* quæ minoribus dan-  
tur contestandis finiendisque in urbe & intra  
centesimum miliarium urbis præstitutum quin-  
quennium post legitimam ætatem, in Italia  
quadriennium, in provinciis triennium conti-  
nuum, ut non male in Cod. Theod. l. 5. hujus  
tit. habeat, juge tempus, pro quo vulgo, jure,  
& Basil. *volumen*, forte quia sibi vindicat conti-  
nui temporis definitionem Justinianus abroga-  
ta lege Constantini, constituens, ut non ob-  
servata differentia locorum vel ætatum intra  
quadriennium continuum agatur & peragatur  
causa restitutio*nis* in integrum, lege ultima hoc  
tit. lege ult. inf. de rep. hered. quod quidem  
minoribus numeratur ex die primo anni XXVI.  
in diem extremum XXIX. vel ex die quo insinua-  
verunt veniam ætatis, l. 5. hoc tit. militibus  
ex die missionis, l. 1. hoc tit. & aliis absenti-  
bus Recip. causa ex die redditus. Altera quæstio  
in hoc tit. est de heredibus earum personarum  
quatenus in integrum restitui possint, in qua  
ita distingui solet. Aut minor minori heres ex-  
titit, aut minor majori, aut major minori, aut  
major majori. Si minor minori heredi ex edi-  
cto datur post suam legitimam ætatem ex de-  
functi persona, non spectata tamen aut com-  
putata ætate defuncti, totum quadricennium ad  
in integrum restitucionem, l. interdum, D. de  
minor & Paulus 1. Sent. tit. eod. & l. 5. §. 1. h.  
tit. Si minor majori nondum completo qua-  
triennio, heredi post legitimam ætatem non  
datur totum quadriennium, sed ex persona de-  
functi id dumtaxat tempus quod defuncto supe-  
rerat, d. l. interdum §. 1. d. lege 5. §. quod si  
majoris, l. ult. in fi. inf. si ma. fac. al. foc. sine

decr. puta annus, si defunctus vixerit annis  
 xxviii. Si major minori, heredi statim ab adi-  
 ta hereditate quadriennium datur ex persona  
~~defuncti~~, l. 40. l. 5. §. ult. hoc tit. l. minor  
 autem §. ult. D. de min. l. 4. D. de in integr.  
 rest. Si major majori, recte Accursius, heredi  
 statim ab adita hereditate id tempus dari quod  
~~defunctus~~ habuit. Et secundum hanc distinctionem  
 in specie l. 2. hujus tituli si minor minori  
 heres extitisti, & militiae nomen dedisti, ma-  
 jorque rediisti, ex die redditus ad restitutionem  
 in integrum habes quadriennium: itemque si  
 minor rediisti, post legitimam ætatem comple-  
 tam. Quod si majori nondum exacto qua-  
 driennio, ipse minor, vel intra quadriennium  
 constitutus heres extitisti, & militiae nomen  
 dedisti reverso tibi cedet tempus, quod defun-  
 cto supererat statim si major, vel post com-  
 pletam ætatem legitimam si minor rediisti.  
 Etiam illud valde notandum est ex lege i. hoc ti-  
 tulo minori circumscripto, qui in militia exegit  
 annum xxix. aut xxx. tempora restitutionis  
 in integrum non computari nisi ex die missio-  
 nis, ut lege semper §. si quis recip. ver. nam  
 eti, D. quod vi aut clam. quia ipso jure con-  
 tinuatur beneficium restitutionis, l. 3 i. σωμα-  
 τίως καὶ ἀδικόπως φυλάττεται, ut Basflica inter-  
 pretantur. Et tamen si major qui temporalem  
 aliquam actionem habuit, militiae nomen de-  
 derit, actionis tempus ei cedit: sed reverso  
 causa cognita per restitutionem remittitur præs-  
 criptio temporis: lege secunda sup. de restit.  
 mil. & ita accipienda est prima pars d. §. si quis  
 reipublicæ exemplo scilicet & argumento e-  
 jus §. qui præcedit. Plus tribuitur minori

militiae nomen danti quam majori.

### LII. Enarratio.

**P**RÆSTITUTUM QUINQUENNIVM ) EX CONSTITU-  
TIONIBUS IN URBE QUIDEM QUINQUENNIVM  
DABATUR IN ITALIA QUADRIENNIVM, IN PROVINCIVS  
TRIENNIVM. BASILICA LIBRO X. TITULO XXXIV. CAP.  
VII.

UT BASILICA INTERPRETANTUR ) D. TITULO XXXIV.  
CAP. III.

### LIII. QUIBUS EX CAUSIS MAJORES IN INTEGRUM RESTITUUNTUR.

V. TIT. 6. LIB. 4. FF.

**H**OCE TITULO DEMONSTRATUR, NON TANTUM MA-  
JORIBUS QUI SINE DOLO MALO ABFUERUNI REI-  
PUBLICÆ CAUSA SUBVENIRI PER RESTITUTIONEM IN  
INTEGRUM, SED ETIAM LEGATIS CIVITATUM AD PRIN-  
CIPEM MSSIU\$ , LEGE PRIIMA & HIS QUI SUB CUSTO-  
DIA MILITARI, VEL IN VINCOLIS, VEL IN HOSTIUM  
POTESTATE FUERUNT, I. 2. & ULT. & GENERALITER SI  
QUA ALIA JUSTA CAUSA JUDICI VIDEBITUR MAXIME AD-  
DICTO ACTIONI BONÆ FIDEI , I. 3. HOC TITULO , I. 3.  
INF. COIN. UTR. JUD. I. JURE §. ULT. D. DE JUR. DOT.  
NAM IN STRICTA, STRICTA & ANGUISHA EST POTESTAS JU-  
DICIS. IN BONÆ FIDEI ETIAM JUDEX DELEGATUS COG-  
NOSCIT DE CAUSA RESTITUTIONIS, QUAE INCIDIT IN  
EAM REM, CUI PRINCIPALITER JUDEX ADDICTUS EST,  
VENITQUE IN CONTRADICTIONIS MODUM, LEGE ULT.  
SUP. UBI & APUD QUEM RESTIT. ETIAM ILLUD AD-  
DITUR HOC TITULO, CIVITATIBUS LAPSIIS AUT CIRCUNSF-  
RIPTIS SUBVENIRI EXEMPLIO MINORUM, LEGE PEN.

hoc titulo , lege penultima infra de jur Reip. lege prima sup. de off. ejus qui vi al. jud. lege ergo in fi. D. ex quibus causis ma. l. 9. D. de appell. l. 6. inf. Ne de sta. def. **Civitates minorum** locum obtinere. Illud notandum est , & majoribus ex his causis , & minoribus hodie subveniri extra ordinem , non ex edicto cognitione prætoris , sed à principe vel à Senatu ut l. 2. D. eod. tit. & apud Cassiodorum in epist. ad actores Albini lib. iv.

### LIII. Enarratio.

**Q**Ui sine dolo malo ] l. 4. sup. tit l.

Sed etiam legatis civitatum ) Theodosius Hermopolites hic scribit , legatum Princis differre à legato civitatis : ille enim si procuratorem reliquerit , reversus non restituetur , quum potuerit is , cui rerum suarum curam mandaverat , ei prospicere , ne quid damni patet. Legatus autem civitatis , licet procuratorem reliquerit , restitui potest : nam cum ex omnium civium electione : legatione functus sit , & pro communi utilitate , si quidem præsens adversus eum egerit , & eum condemnaverit merito ei subvenitur : quum is etiam qui egit & obtinuit , misisse eum intelligatur ; quod in Principe locum habere non potest. Licet enim pro utilitate Romani Imperii missus sit , tamen eum solus Princeps misit , non singuli cives.

Justa causa J l. 1. D. eod.

Judici videbitur ) In bonæ fidei contractibus majori xxv. non per restitutionem , sed officio judicis subvenitur , Basilica libro x. tit.

xxxvi. cap. iii. Hermopolites: ἐδὲ ἀπονομασία  
στεγεῖ, αὐτὰρ ἀλλα τὸ παν φιλανθρωπον τε καὶ στηναρον:  
non per restitutionem, sed humanitatis & equi-  
tatis ratione.

Civitatibus lapsis / Serva Reipublicæ nomi-  
ne civitatem intelligi & ita Græci Rempubli-  
cam πόλιν solent reddere.

Libro IV. / Var. xxxv.

## LIV. De alienatione judicij mutandi causa facta.

V. tit. 7. lib. 4. ff.

**D**atur etiam majoribus in integrum restitu-  
tio ex hac causa, si possessor cum quo ma-  
jor xxv. ann. aetatus erat in rem actione, do-  
lo malo eam rem alienaverit objiciendi durio-  
ris, difficilioris, molestioris adversarii gratia,  
& ex hoc edicto restituitur intra annum utilem  
data in eum qui rem alienavit actione in factum  
quanti interest rem non amisisse, si petere eam  
non possit ab eo cui alienata est, ut lege quarta  
in pr. D. cod. vel si petere possit, quanti inte-  
rest alium adversarium non habere cum quo  
par certatio non sit, nisi reus ultiro paratus sit  
fuscipere utile judicium in rem quasi possessor,  
lege 3. §. ult D. cod. quod alioquin in invitum  
locum non habet nisi cum ita rem dolo malo  
desit possidere ut nusquam sit: aut ubinam sit pe-  
nitus ignoretur, nam si certus sit possessor, in  
rem actio solum possessorem tenet l. i. inf. ubi  
in rem act. exer. vel, ut est in Constitutione  
hujus tit. possessio in rem actionem parit adver-  
sario, ut lege 17. D. de pign. Pignoris posses-  
sio ( sic videtur legendum ) in rem actionem

parit creditorī , qua de causa in rem actio ex possessione esse dicitur , l. nos alias §. i. D. de jud. Mutato igitur possessore mutatur judicium , i. lis futura transfertur in alium adversarium. Denique ut ait lex tit. hujus , vel in possessorem est in rem actio , vel in eum qui alienavit actio restitutoria ex hoc edicto & elec-  
tio exactioque possessoris liberat eum qui alienavit , non contra , l. Stichum §. dolo , D. de solut. Alienatio est dominii , vel possessionis vel juris in alium translatio.

## LIV. Enarratio.

**O**bjiciendi durioris ) ut objiceret , ἐπερὸν πι-  
κακὸν , κὴ φιλόνεμον , κὴ τῷς δικαιοῖσιον  
ἐμπειρότελον , κὴ διωδίμενος με συντρίβειν ἐπὶ πολὺ :  
primum hominem , contentiosum , & in ju-  
diciis exercitatiissimum , quique me vexare pos-  
fit.

Et ex hoc edicto restituitur ) Valet aliena-  
tio , sed restitutoria actio in eum datur , qui a-  
lienavit , in quantum interest duriorem adver-  
sarium non habuisse ; cuius haec formula : quod  
feceris ne tecum ageretur vindicatione , vel a-  
lia actione in rem scripta , aut mista. Lex 24.  
§. ultimo D. comm. divid. ad actiones in per-  
sonam non pertinet : quia nec debitor potest  
invito creditore alium vice sua debitorem sub-  
stituere , l. i. C. de novation. Cujac. Observ.  
lib. x. cap. iii.

Possessio in rem actionem , parit adversario )  
Basilica : i. τῷς αὐτῶν τῇ περιγραφῇ οἰωνῇ , ον-  
τίδης γε μάρτιον τὸν νερούμενον . In rem actio ad-  
versarium nostrum agnoscit eum qui possidet.

In veteri codice Juliani Brodei sic legitur. *Cum in rem actioni possessio pariat adversarium. In antiquo Meuagii: Cum in rem actionem possessio pariat adversario.*

Pignoris possessio ) Basilica: η τοι τοις εἰς  
χρεού αἴματά σου τῷ δακεσὶν ἀγωγὴν, αὐτοῖς τῷ περι-  
γένετο εἰδίκησί εστι: *Actione quæ de pignore cre-  
ditori comperit, ipsius rei vindicatio est.* Petrus  
Faber Semestrium libro II. cap. ult. legebat,  
*pignoris obligatio, vel conventio.*

## L V. De receptis arbitris.

*V. tit. 8 lib 4. ff.*

**S**i repetimus paulo altius quæ diximus, hue  
usque nos perduxit ut alias ex alio nequitur  
sermo, institutus ille qui initio est post enarra-  
tas partes juris civilis de magistratibus & judi-  
cibus ordinariis, & de ordine quo apud eos agi-  
solet. Nunc de' judicibus alias instituitur qui  
ordinarii non sunt, ac primum de Compro-  
missariis: nam recepti arbitrii judices sunt com-  
promissarii, quos constat non esse ordinarios,  
I. pen hoc tit. I. non distinguemus §. item si  
quis. D. eod Hi enim sunt recepti arbitri seu  
compromissarii judices, qui ex partium com-  
promisso sive constipulatione pœnali jure per-  
fecta, sive pacto nudo, ut l. litigatores §. inter-  
dum, D. eod adcuntur, compromisso addita  
hac clausula, dolum malum abesse abfuturūm-  
que esse, ut l. 3. hoc tit. Receptum autem est  
compromissum, I rem non novam §. I. inf. de  
jud. & ex eo nascitur pœnæ petitio, vel excep-  
tio pacti, l. ult. inf. l. 2. D. eod. Alii sunt arbi-

tri qui adeuntur ex jurejurando sine compromisso , ex quorum sententia competit actio in rem utilis , velactio in factum , vel conductio ex l. 4. hoc tit. quos tamen postea sustulit Iustinianus No 82. Alij adeuntur ex communione nudoque consensu partium sine jurejurando , sine compromisso , l. pen. hoc tit. l. ult. sup. tit. 46. à quibus licet appellare , l. ex consensu , D. de appell. cum tamen ab aliis non liceat propter pœnæ aut perjarii metum , l. r. hoc tit. Licet eorum sententia non adquiescere , sed si ei partes semel adquieverint , ex sententia est quasi taciti pacti exceptio , & actio in factum , vel conductio ex lege Iustiniani. Et hi quoque vindicentur improbati , quando qnidem à Basili. abest tam lex pen. quam l. 4. hujus tit. Alii arbitri dantur à judicibus , veluti excutiendis rationibus , aut fideiussoribus probandis , qui dantur etiam à judicibus pedaneis , licet judicis dandi licentiam non habeant , d. l. lut. & significantur d. l. rem non novam his verbis , vel qui arbitrium peragunt ex auctoritate sententiarum , sic legendum. & electi nudo consensu partium in sequentibus , Et partium consensu electi , & generaliter &c.

## L V. Enarratio.

**N**am recepti arbitri ] Hos Græci διαιτης vocant , Demosthenes adversus Boëotum , Dio Chrysostomus orat. xi. Glossæ : διαιτης , disceptator , arbiter , interventor , διαιτησις , intervenio , discepto : & eorum sentenciam , διαιτησιν , Glossæ : διαιτητον , η διπρασις , arbitratum. Arbiter autem interventor dicitur ,

quia est μεσίτης & mediator. Glossæ: μετανυστής, intervenio. μεσίτης, arbitrator, meditator. Autores Basilicon arbitros, μετανυστούς, καὶ αἱρέτας dicasas vocant.

Quos constat non esse ordinarios ] Compro-  
missum judicio ordinario proximum est , l. i.  
D. eod conjuncta Basilicon interpretatione &  
Scholiis. judicium imitatur , l. rem non no-  
vam , inf. de judic.

Cum tamen ab allis non liceat ] Vide consul-  
tat. XII.

Sic legendum ] Libri veteres Ægidii • Mena-  
gii & Iuliani Brodæi nihil mutant.

## L V I. De satisdando.

Post receptos arbitros dicturus de judici-  
bus , quibus à magistratibus causarum co-  
gnitio delegatur , quæ antequam apud eos ju-  
dicia inchoarentur fieri necesse erat , nec ho-  
die admodum necesse est , ea exequitur tribus  
titulis sequentibus. ac primum satisdationes  
moris erat interponi de rato , & de judicato  
solvendo , & de re defendenda , sine quibus nec  
actor , nec reus quivé eorum nomine rem age-  
bat , vel defendebat , idoneus esse existimaba-  
tur. Hodie neque actor satisdat , neque reus.  
Sed neque procurator satisdat de rato , si man-  
datum aut voluntas domini apud acta insinua-  
ta fuerit , vel per libellum , l. nec satisdatio,  
D. rem ratam hab. vel per literas ad adversa-  
rium scriptas , l. si procuratorem , D. de pro-  
cur. vel ut in casu l. ult inf. de pæ. con. super  
do. Sed si is quo cum procurator egit , & agat  
invicem ipse , in causa mutuæ petitionis pro-

curator satisdat de re defendenda & judicato solvendo, licet apud acta vel aliis modis factus sit procurator, sicut si defensor tantum esset rei nec enim est idoneus defensor qui non satisdat, secundum veterem regulam juris, & hoc est quod ait, Constitutio hujus tituli item procuratori mandatam sine satisdatione de re defendenda ulterius non posse procedere. Data enim accipio pro mandata, ut in Basil. c̄m̄l̄ḡt̄r̄a, & aetio data l. cum pupillus, D. de tut. & ration. distrah. Litem mandat actor, item dat judex. Satisfare autem est fidejussorē dare qui participet obligationem quæ cœpit à nobis, quaque nos adhuc principaliter obligamur, quod & dare simpliciter l. 43 §. is qui procuratorem D. de procur. l. 6. D. ut leg. no. ca. & fidejussoribus satisfare, l. nec non, D. ex quibus causis major.

## L VI. Enarratio.

**A** pud acta insinuata fuerit ) Basilica libro vii. tit. xiv. cap. xvii. Sin autem huic procuratori apud acta constituto agenti ab adversario opposita fuerit in ipso litis exordio defensionis allegatio, tunc licet apud acta factus sit procurator, videri ipsum quasi absentis procuratorem esse, & compelli satisfare de re defendenda, id est, de lite reconventionis suscipienda, Si vero non satisdederit de re defendenda, lis, quæ ei mandata est, ulterius non procedat.

Non est idoneus defensor ) §. i. Institut. de satisdat.

Pro mandata ] Libri veteres Menagii & Bro-

dæi habent mandata. & ita legerunt Græci.

## L VII. De formulis & impetratiōnibus actionum sublatiſ.

**S**ed & impetrari actionem priusquam judex adiretur necesse erat; hodie nihil est necesse nisi forte sit decretalis, i. i. C. Theod. de dolo: nam & bon. possessionem decretalem impetrari necesse est. Ex legibus igitur & edictis nobis ipso jure actiones competunt, etiam si non postulantur. Et quæ impetrabantur olim, earum erat certa solemnisque formula, qua qui derrabat vel syllaba, lite cadebat: qua de causa horum errorum observatores Jurisconsulti à M. Tullio aucupes syllabarum vocantur, ac similiter l. i. hujus tituli formulas aucupatione syllabarum insidiari. Religio juris forsitan captiosa nimis & scrupulosa, sed meo judicio tollerabilior quam actionum confusio: agendi temeritas & nullus ordo, omnibus actionibus conceptis in factum nec conscriptis formula legique certa. Cœperunt quidem ante Constitutiones hujus tituli judicia extraordinaria frequentari ubi conceptio formularum non observatur, i. non callide aduertitur, l. actio, D. de neg. gest. sed licebat adhuc solemniter & ordine formalibusque verbis experiri, l. si quis mallet. His constitutionibus videtur hic ordo tolli, videntur tolli formulæ juris in negotiis omnibus, tolli legis actiones, & ab hisdem Impp. quorum est l. 2. eadem lege fuere sublatæ formulæ in contrahenda obligatione dotis, l. pen. inf. de dot prom.

## LVII. Enarratio.

**P**ossessionem decretalem ) Bonorum pos-  
sessio dictalis edicto defertur : decretalis  
non defertur , sed petenti datur.

Etiam si non postulentur ) Hodie non opus  
est expressa postulatione & impetratiōne a-  
ctionis , l. 2. h.t.

Certa solemnisque formula ) Pompon. in l.  
2. § 2. D. de orig. jur. *Quas actiones ne popu-*  
*lus prout vellet , institueret , certeas solemnesque*  
*esse voluerunt.* Cujacius ibidem : Certas ad nu-  
merum , solemnes ad formulam & verba. an-  
certas & nominatas , ut in l. 1 & 2 D. de præ-  
script. verb. ut certi contractus & incerti , qui  
proprium nomen habent , aut non habent , l.  
certi conditio 9. D. de rebus credit. l. i. §. de-  
bitum , D. de constit. pecu. l. & uno 18. D. de  
acceptilat. Imo certas , quod ad certam & so-  
lemnem formulam redactæ essent , ne quis  
prout vellet eas institueret conciperetque , ut  
heic Cujacius ad significat.

LVIII. De jurejurando propter ca-  
lumniam dando.

**I**tem necessaria erat ex parte actoris cautio  
decimæ partis litis calumniæ nomine , §. hæc  
autem , Instit. de pœna tem litig. l. 2. §. anti-  
qua , hoc titulo , pro qua Iustinianus d l. 2. in-  
troducit jusjurandum calumniæ , quo adigatur  
utraque pars initio litis , & adscribit etiam  
Paulo , l. inter §. qui familiæ , D. fam. ercisc.  
non se calumniandi animo li:em intendere,

vel ad inficias ire, sed juris sui opinione & fiducia fretum, quod veteres Græci vocant *αντωμεσίαν* ut Harpocratio & Moschopulus scribunt. Plato in Theæteto: *καὶ τὸν τροφὸν παρεγνωρισθεῖν, οὐ τομεσίαν καλέσαιν.* At idem Justinianus Nov. 112. reducit cautionem decimæ litis, non abdolito jurejurando calumpniæ. Et quod in l. i. de jurejurando præstanto ab eo, qui fidem instrumentorum in dubium revocat, non se id facere morandi aut frustrandi causa, id quoque ita mutat Nov. 49. ne id totiens præstetur, quotiens quis ab adversario probations exegerit, sed satis sit hac de re jurari semel initio litis, non se tota lite trahendi negoti & vexandi adversarii gratia frustra probations ullas ab adversario petiturum. Non est etiam in usu vetus S. C. quod refert Plinius junior in epist. ad Ruffum lib. v. quo qui quid negotii habent priusquam agant jurare jubentur nihil se ob advocationem cuiquam dedisse, promisisse, cayisse.

## L V I I I . Enarratio.

**U**T Harpocratio ] In *αντωμεσίᾳ*.

Moschopulus ) *αστιχεδῶν*. Adde Eustathium in Odyss. x. pag. MDCCX. edit. Rom. Anastasius Bibliothecarius in historia Ecclesiastica *αντωμεσίαν* apud Theophanem, Græce reddit, reciprocum juramentum.

In epist. ad Ruff. lib. v.) Epistola ult.



C O D I C I S  
J U S T I N I A N I  
L I B E R T E R T I U S.

---

T I T U L U S P R I M U S.

De Judiciis.

*V. tit. i. lib. 5 ff.*

EXPOSITIS his quæ ante quam ju-  
dicium inchoetur , vel tunc cum inchoa-  
tur fieri necesse erat , aut necesse est etiam  
hodie , dat titulum de judiciis , & de officio  
judicium , quod versatur non extra cognitio-  
nem causarum , de quo lib. i. tit. 48. sed in so-  
la disceptatione litium. Judicia disceptatio-  
nes sunt , quæ fiunt ex parte actoris , & rei apud  
judices litium finiendarum gratia. etenim ju-  
dicatorum finis , ut M. Tullius ait in Topicis ,  
est jus , ex quo etiam nomen. Judex est disce-  
ptator juris , l. rem , hoc titulo , quibus verbis  
comprehendo , non tantum judicem datum ,  
sed etiam receptum arbitrrm , ut l. 3. §. i. D.de

recept. & magistratum , ut in legibus M. Tullii , Juris disceptator qui privata judiceret judicative jubeat. Et vero licet titulus sit de iudiciis & cognitionibus iudicum datorum à magistratu vel à principe , tamen pleraque continent communia cum magistratibus , ut lege 12. & 13. & 15. atque etiam cum receptis arbitris , ut l. 14. de iureiurando & religione , qua obstringuntur omnes iudices , necnon advocati , ut plane dicere liceat , superiori titulo agi de iureiurando calumniæ , quod dat utraque pars in ipso limine inchoandi iudicii , sive apud Judices agatur ordinarios , sive compromisarios , l. 2. §. sed quia veremur , eodein titulo. Hoc autem titulo agi de iureiurando iudicum omnium , etiam eorum qui ex compromisso cognoscunt , & de iureiurando advocatorum. Judices iurant in leges , veteri instituto & inde religionis iudicantium frequens mentio in iure. Advocati de causa preferenda fide , castu , & integritate omni.

### TIT. I. Enarratio.

**L**Itium finiendarum gratia ) Asconius Pe-  
dianus in Divinationem : *Judicium dici-  
tur res , quæ causam litemque determinat.*

Judex est disceptator ) Lactantius de Ira D.  
cap. xix. Deus est legis suæ disceptator & ju-  
dex.

Judices iurant in leges ) Vide quæ diximus  
de officio iudicis , Institutionum IV.

Advocati de causa preferenda ) Plinius iu-  
nior libro v. epist. XIV. *Melius Nominatum  
fuisse facturum , si causam Vicentinorum eodem*

*animo quo susceperebat , pertulisset. Quintilianus declamat. ccclviii. Qualem causam pertulerim , l. dominus 57. D. de usufr. l. pater 6. D. de dot. collat.*

*Castu ] τῆλαγγεῖα.*

## II. De sportulis & sumptibus in diversis judiciis faciendis , & de executoribus litium.

**S**portularum nominis origo prima ex prandio vel cœna est , quæ in panariolos vel sportellas conjecta dabatur , clientibus vice cœnæ rectæ : modo enim dabatur cœna recta , modo in sportula , & ad extremum C. quadrantes , quæ summa etiam sportula dicta est , ac deinde latius porrecta sportularum appellatio est ad salario , congiaria , diaria , honoraria omnia , quæ vel sacerdotibus dantur , ut in epistolis Cypriani , vel à Coss. sparguntur in vulgus , ut cuilibet sit accipiendi potestas in Nov. 105. ut non male Sudas sportulas definierit , δῶροι ἐπὶ πάντων διδόμενα παρρησίᾳ. Nec male etiam Hesichius sportulam usuram interpretatur : Nam & sub nomine sportularum nonnunquam exigebantur usuræ , l. eos inf. de usur. Constat etiam ea quæ novi decuriones dant ordini pro introitu in jure sportulas appellari. Et διηγεῖντες quæ judicibus pedaneis dantur Nov. 82. Hic titulus est de his , quas conventus reus dat executoribus litium , i. viatoribus conventionis nomine Horum enim proprium munus est reos convenire & commonere : & reorum quoque onus hoc proprium , sportulas eis exsolve re , ut Nov. 53. Sed & de aliis , sive sportu-

lis , sive sumptibus , quos in diversis judiciis utraque pars facit , & errogat in apparitores , notarios , exceptores , arbitros , advocatos , scriniarios , vel inducendarum & exercendarum cognitionum causa , vel pro exceptione & editione actorum , relationis , sententiæ , pro litis contestatione , pro recitatione sententiæ , vel instrumentorum , pro libello unde executoribus datur conveniendi potestas , pro insinuando rescripto vel edicto principis , & ex multis aliis causis , & his quidem sportulis Justinianus certum modum imposuit in hoc titulo **Constitutiones Græca** , cum qua videtur congruere **Constitutio Athalarici regis apud Cassiodorum libro ix.** ab onere earum præstandarum interim liberato fisco , quod & hodie observatur , & refertur ex ea Constitutione à Juliani antiquo Interprete in Novell. 17. & 21. Fiscum semper litigare gratis. Idemque datur Episcopis , s. sportularum , Nov. 123. & tenuioribus personis , Nov. de mand. pr. & his qui cum eis litigant , lege ult. inf. de fr. & lit. exp. Et est quidem ille titulus de sumptibus litium quos facit , utraque pars in persecutione juris sui , & præbitione sportularum.

### I I. Enarratio.

**I**N sportellas conjecta ) Vetus inscriptio. O  
DEDICATIONEM STATUÆ DECU-  
RIONIBUS ET SE VIRIS , ET JUVEN-  
TUTI SPORTULAS ET POPULO EPU-  
LUM ET OLEUM EADEM DIE DEDIT.  
Glossæ Basilic. *sportula* : τὸν κύνιπόδιον διδόμε-  
νην ξένια.

**U**t in epistolis Cypriani ) Epistola xxiv ad fin. *Hinc sportulantes fratres epist. lxvi.*

Vel à Coll. sparguntur) Symmachus lib. ix. epist. ult. *Sportulam Consulatus mei & amicitiae nostræ, & honori tuo debeo. Hanc in solido uno ad te misi, orans ut benigno animo solemnia officii mei libamenta suscipias.*

Sudas) Σειδας apud Eustathium ad Odyss. α. pag. MCCCCVI. In Codice Memmiano Σεδας dicitur.

Hesychius ] Hesychius: ἡσύχιος, τόκος.

Pro introitu ) Vide Juretum ad Symmachii epistolam LV. libri IV.

Quas conventus reus ) Exigebatur interdum ab actoribus. Vide quæ diximus ad tit. de act. §. 24.

Constitutione Græca) Vide lib. XII. Observat. cap. XXXII.

Cassiodorum lib. ix. ] Epistola XIV.

### III. De pedaneis judicibus.

**D**E sportulis pedaneorum judicum fuit sub hoc titulo Constitutio Zenonis Græca, cuius fit mentio Nov. 81. Pedanei judices sunt speciales judices, quibus singulæ causæ cognoscendæ à magistratibus delegantur: Namque cognitionem tantum habent, non jurisdictionem, lege ultima supra ubi & apud quem cog. rest. & cognitionem maxime causarum humiliorum, l. ult. hoc titulo, l. ult. inf. quan. prov. non est nec. quare & à Josepho z. de bell. Jud. dicuntur δικασταὶ τὴν πεντεσέργων Διαφορῶν. sic dicti quasi agipedes, aut planipedes, quod non pro tribunali judicent, sed de plano stantes aut se-

dentes, imo collatitio aut fortuito scamno: fortuito cespite, ut Nov. 71. & 81. At vero ne quis objiciat, non fuisse cur de his daretur hic titulus, quasi sufficiente primo, fuit titulus primus de judiciis, potius quam de judicibus, siue de officio judicum omnium, id est eo quod in jure disceptando sequi & observare debent: Est autem hic titulus specialiter de pedaneis judicibus, ne dentur a procuratore Cæsaris inter privatos, l. 1. & in quo l. 2. extraordinaria ferre omnia judicia facit, ne dentur a præsid. in causis, quæ eorum cognitioni legibus nominatum reservantur, ne in causis ingenuitatis, nec in ullis aliis causis, nisi vel multitudine cognitionum obruantur, vel negotiis publicis distingantur, vel ea sit causæ utilitas, ut non admodum requirat notionem præsidum, ut secundum d. l. 2. plane jam possis statuere pedaneos judices humiliorum litium esse judices. Et additur l. 4. ut in demortui pedanei judicis locum, præses aut prætor subsortiatur alium. Nec ad officium pedaneorum spectat lex ultra tituli hujus nisi forte l. 3. quæ etiam invitum pedaneum judicem ad judicandum operam dare compellit, adempta facultate remittendæ litis ad præsidem qui cum dedit.

### III. Enarratio.

**C**ognitionem tantum habent *causarum, auctoritatium, auctoritatem, Basilica in interpretatione legis 4. vide ad tit. scq.*

*Causarum humiliorum*) Et ideo minores judices dicuntur. Guntherus Ligur. -- *minor atque pedaneus, ei opponitur major judex, ibid.*

*Quasi agipedes* ) Lucillus apud Festum in  
v. pedarium : *Agipes vocem mittere cœpit.*

*Aut planipedes* ) Diomedes lib. ix. Gram-  
maticæ : *Ideo Latine planipes, quod olim non in  
suggestu, sed in plano orchestræ positis instru-  
mentis mimicis actitabant, &c.*

*De piano stantes*] Et ideo *χαμαδικασαι* di-  
eti in Basilicis & Glossis veteribus qui & peda-  
rii. vide tit. xxviii. inf.

*Distringantur*) Sic scribitur in l. 2. D. de  
exercit. act. Glossæ : *destrictus, ἀχωντος.*

#### IV. *Qui pro sua jurisdictione judices dare dariye possunt.*

**D**E judicibus pedaneis id additur hoc titu-  
lo, ut is tantum judicem pedaneum dare  
possit, cuius de ea re qua de agitur, & inter  
eas personas ad quas ea res pertinet jurisdiction  
est. Judicem igitur pedaneum ire datum, alium  
judicem dare non posse, quia ejus rei in quain  
datus est, notionem non jurisdictionem habet,  
nisi sit datus à principe. Hic enim alium judi-  
cem dare in eadem causa potest, l. à judice,  
sup. de jud. & ab eo quem dederit, appellatur  
ipse, non princeps; ex quo efficitur, judicem  
delegatum à principe habere jurisdictionem.  
Judicis enim dandi licentia pars est jurisdictionis  
urbanæ, ut in hoc titulo significatur his  
verbis, pro sua jurisdictione, id est, pro mo-  
do jurisdictionis suæ; ergo & executionem  
sententiæ, habet cum & adfessores habeat, ut  
No. 60. & apparitionem propriam, l. pen. inf.  
de fruct. & lit. exp. Quod adjicitur in tit. Da-  
riva, in id dicam ex constitutione hujus tituli

judicem non jure dari eum quem dat is, qui jurisdictionem non habet, & ex tit. seq. non jure dari in re propria.

#### I V. Enarratio.

**J**UDICEM igitur pedaneum rite datum ) Da-  
tum à magistratu, παρὰ τῷ αὐτῷ, Basili-  
ca in interpretatione legis à judice.

Non jurisdictionem habet ] Sive ut est in l. à  
judice, quia ipse judiciario munere fungitur, in  
qua Desiderius Heraldus legebat, fiduciario,  
quia judex delegatus, non suo jure munus ju-  
dicandi habet, sed mandatu alterius judicat,  
eamque emendationem sequuntur Hugo Gro-  
tius in Sparsione Florum, & Claudius Salma-  
sius in Observationibus ad jus Atticum capi-  
te x viii. Sed merito Desiderius sententiam  
mutavit in Animadversionibus ad jus Atticum  
libro v. capite xiv. num. xxviii. Judex igitur  
delegatus judiciario tantum munere fungitur,  
nec ullam jurisdictionem habet: ac per hoc ju-  
dicem dare non potest: hoc enim ad jus dicen-  
tis officium pertinet.

Nisi sit datus à pr. ) L. un. hoc titulo in qua  
libri ver. Men. & Br. legunt, parentiam, & in  
Glossa interlineari exponitur, obedientiam, Ba-  
silica: ἐπειδὴν ὡς παρεπέμφθη οὐδὲν λέγεται  
τοιχοῖς τῇ παραπομῆ. Vide ad A. Gellium l. 15.

Pars est jurisdictionis urbanæ ) l. i. D. de  
jurisdict.

V. Ne quis in sua causa judicet,  
vel jus dicat.

**E**Rgo judex dari nemo in re sua potest, imo  
nec fieri, l. 17. D. de jud. ac multo minus  
jus dicere sibi, l. 1. D. quod leg. l. extat, D.  
de eo quod met. cau. l. qui jurisdictioni, D.  
de jurisd. Judicat judex vel arbiter datus recep-  
tusve, jus dicit magistratus, omnes in re alic-  
na. Testimonium quoque dicit quisque in re a-  
liena non in re propria, quod etiam in consti-  
tutionibus hujus tituli fuisse additum constabit,  
si adhibetur l. 9. inf. de test. Hodie receptum  
est, ut & in sua quis causa judicet cum de spor-  
tulis judiciariis agitur, utque sit in ea re idem  
adversarius & judex, itemque si de jurisdic-  
tione ejus agatur l. 5. D. de jud.

V. Enarratio.

**J**UDEX dari nemo in re sua potest.) Nec enim  
quisquam seipsum condemnabit. Artemido-  
rus Daldianus ὁνερος libro II. capite xxix. οὐ γέ-  
ρος δικαιος τα ειντονητικοι, αλλα τα τι αλλων  
ποιητων.

VI. Qui legitimam personam in ju-  
diciis habent, vel non.

**Q**uemadmodum non valet sententia quam  
dixit is qui non jure datus est judex, ita  
nec quæ in pupillum vel adolescentem dicta est  
absente tute vel curatore l. 1. & 2. hoc titulo  
l. 3. sup. si ady. rem jud. l. II. inf. qui dare tut.

I. acta §. ult. D. de re jud. quod hodie obtinet etiam in causis criminalibus , l. 4. inf. de auct. præst. Nam ut legitimum judicem , ita legitimum litigatorem esse oportet , & legitimus litigator non est minor indefensus , l. 1. Cod. Th. de den. vel ed. res. propter quam in l. 4. eod. additur , inter justas legitimasque personas idemque dicitur de Republica indefensa , l. 1. inf. de jure Reipublicæ , & generaliter legitimus litigator non est , qui non potest rem in judicium deducere , & consequenter nec filius sine voluntate patris , l. ult. §. necessitate, inf de bon quæ lib. nec servi est ad litigandum idonea persona , quia nec personam habere intelligitur , l. 4. inf. de obs. pat. præst. l. servus , & seq. sup. de jud. & No. Valentiniani de competit. & hoc est quod dicitur , cum servo non esse actionem. Invenio nec precis offerendæ capacem eum esse , l. 1. sup. de prec. Imp. off. & tamen admitti in criminali judicio : sicut olim minor in eo admittebatur etiam sine tutori aut curatore. Excipitur etiam causa momenti , i. repetendæ possessionis , l. inf. si per vim vel al. mo. l. 4. C. Theod. unde l. ult. hoc tit. in qua etiam admitterem pupillum sine tutori , & adolescentem sine curatore , reservata tamen proprietatis actione secunda , quæ petitionis verbo significatur d. l. ult. justis legitimisque personis , legitimisve procuratoribus

## VI. Enarratio.

CUM servo non esse actionem ) l. cum servo  
107. D. de reg. jur.

Proprietatis actione 2. ] Ut in l. 2. inf. quor. bonor.

Quæ petitionis verbo ] Sic etiam Odofredus & Fulgosius.

Justis legitimisque personis ] l. 1. inf. si per vim vel alio modo absenti poss. perturb. sit.

Admitterem pupillum ] Azō in summa Odofredus, Fulgosius & Joannes Faber admittunt etiam pupillum & adolescentem.

## VII. Ut nemo invitus agere, vel accusare cogatur.

**A**butitur hac regula actor in Nov. 112. qui post litem contestatam contendit, non debere se compelli ad litem persequendam. Abuteris eadem si dixeris, non posse actorem cogere cum cum quo agit, ut is agat cum alio sua actione. Hoc enim pugnat cum lege Julianus §. pen. D. de act. emp. l. cum in plures §. messem, D. de loc. l. si tibi in fi. D. de opt. leg. l. si sic legatum §. ult. D. de leg. 1. l. 2. ad leg. Rhod. Sententia enim regulæ hæc est, non posse me invitum compellere eum cui in me vel in alium suo nomine actio est, ut ea actione experiatur, si mea non intersit cum alio agi, nec ulla mihi eo nomine actio sit, l. 4. inf. de usur. pup. lege 20. inf. de pign. Cum invito quidem agi, sed invitum non agere, aut non legitimate agere. Nullos quoque, ut olim Athenis publice constitui accusatores, nisi voluntarios in criminalibus causis.

VII. Enarratio.

**I**N Nov. cxii. ) Capite III.

Post item contestataim ) Theodorus Her-  
mopolites: εἰν τοῖς φασὶ λίθεσσι δοῦλαι τῇ οἰδίᾳ  
αὐτὸδικῷ ἢ λύτῳ πορισαθεῖ, καὶ διποτεῖλας ταυτῶν  
δικὶ τῷ δικαιοπρίᾳ τῇ οἰδίᾳ αὐτὸδικῷ.

VIII. De ordine judiciorum.

**Q**Uotiens in uno judicio plures oriuntur quæstiones, ita plerunque ordinatur judicium, ut disceperetur una prius quam altera, veluti criminalis priusquam civilis, momenti prius quam proprietatis. Item status prius quam hereditatis l. 1. & 2. hoc titulo l. 3. sup. de jud.l. liber inf.de pet. hered. Sed in arbitrio judicis est, vel hunc ordinem sequi, vel utramque commiscere & cumulare quæstionem, velut civilem & criminalem l. pen. hoc titulo, & ut ex Symmachi epistolis didicimus, possessionis & proprietatis causam, & in quibusdam causis etiam jubetur civilem anteponere criminali l. quoniam inf. ad l. Jul. de adult. l. 8. inf. ad l. Fab. l. 2. Cod. Th. ad l. Cor. de fal.

VIII. Enarratio.

**V**Eluti criminalis ] l. ult. hoc titulo.

Momenti prius ) Vide Observ. libro  
II. capite xxxv.

Ex Symmachi epistolis ) epistola xli libri x.

## IX. De litis contestatione.

Judicia intelleximus tit. 1. fieri per tres personas, judicem, auctorem, reum, & ad eos nos vocari per executores datis sportulis tit. 2. post haec consequens erat dicere de ipso iudiciorum initio, quae litis contestatio est. Sed quia ante litem contestatam legitime constitui oportet personam auctoris & rei & judicis, quam ob rem vulgo dici solet, ante litem contestatam opponi debere exceptionem procuratoriam, exceptionem fori, vel quam aliam exceptionem dilatoriam, quae modo ad personarum qualitatem respiciat, quibus judicia constant, & recusari quoque judicem quasi suspectum non posse, nisi ante litem contestatam, ideo antequam daret hunc titulum de litis contestatione, exposuit, qui sint legitimi judices, qui litigatores legitimi tit. 3. 4. 5. 6. 7. & quotiens concurrunt in rem unam questiones plures à qua inchoandum sit tit. 8. Litis contestatio est ejus rei, de qua controversia est apud judicem ex utraque parte facta narratio in foro, vel testibus presentibus. Quae fit apud judicem narratio auctoris & contradicatio sive responsio rei, 1. rem §. patroni, sup. de jud. l. 2. §. 1. & §. si autem reus, sup. de jurejur. prop. cal. Dixi ex utraque parte, quod alibi cognitionaliter partibus comminus constitutis. Nam simplex postulatio quae fit παρομεγως, & παρομη-  
γης αύτης dicitur à Græcis ad l. 3. inf. de præs. 30. an. litis contestatio non est. Simplicem Postulationem dicit constitutio hujus tituli, & l. ult. inf. de castr. & min. eique merito con-

jungit appellationem. Nam & hæc introduci-  
tur *μενομένως*, l. ult. D. de cond. & dem. Litis  
contestatio non fit *μενομένης*. Separatur etiam  
rectissimè editio actionis à litis contestatione  
in constitutione hujus tituli, unde paret ho-  
rum titulorum differentia de edendo, de pos-  
tuendo, de litis contestatione.

## I X. Enarratio.

**E**xceptionem dilatoriam ) L. exceptionem  
2. inf. de probat. l. pen. inf. de exception.  
l. nemo 4. inf. de jurisdict. l. ita demum 13. sup.  
de procurat. l. et si 52. D. de judic.

Et recusari quoque ] l. *παρτις*, l. apertissimi  
sup. de judic. l. ult. inf. de sentent. & interlo-  
cut.

Litis contestatio est ] Græcus interpres ad  
cap. IIII. tit. I. libri VII. Basilic. πεντηκοπεῖσ  
ἐστιν τῆς ὑπερθέσεως, γενέτειρας τῆς ἀγωγῆς, οὐδὲ  
υτόμηνος, γένεται μενομένης εἰναρχία : Litis contesta-  
tio est narratio negotii, non editio actionis, ne-  
que admonitio, seu conventio, neque ex una  
parte interpellatio.

Vel testibus præsent.) Vide ad tit. VI. libri II.

Narratio & contradic̄tio) Glossæ Philoxenii:  
lites contestatæ : ai αρχὴ λαβουσαι cō dīngs n-  
pīō dīngai ēz an' πραγμάτων.

Cognitionaliter &c.) l. ult. §. illud etiam  
inf. de tempor. & reparat. appellat. l. 3. inf. de  
fructib. & lit. expens.

Nam simplex postulatio ) l. un. hoc tit.

Editio actionis ) Vide Observ. lib. IX. cap.

## X. De plus petitionibus.

**N**arratio actoris in litis contestatione, petitio est, eam vero omni ex parte veram esse oportet: alioquin plus petitio aut minus petirio est, de cuius periculo sunt in hoc titulo duæ constitutiones Græcæ à nobis proditæ & explicatæ alibi. Et tertia Latina, ut jus vetus, quo receptum erat causa cadere eum, qui plus debito peteret, etiam hodie valeat uno casu, si quis à debitore suo dolo malo cautionem exegerit majoris quantitatis quam esset in debito, & ex ea cautione egerit, litemque contestatus fuerit. Nam & si post litem contestatam paratus sit innuere petitionem, & agnoscere bonam fidem, jus crediti admittit. Pœnitenti ante litem contestatam venia datur, itemque ei cui iterata cautione ultro debtor se in eandem summam obstrinxerit. Vis hæc est iteratæ cautionis, ut in Senatusconsulto Velleiano, ne subveniatur mulieri iteranti intercessionem post biennium, & in prescriptionibus temporum ne profint iteranti cautionem.

## X. Enarratio.

**A**Nobis proditæ ) Observat. lib. xi. cap. xxii.

Vis hæc est iteratæ cautionis ) Quæ secunda confessio in l. 3. hoc titulo, διντέρες ὄμολογία, in Basilicis.

In Senatusconsulto Velleiano ] l. si mulier 22. inf. ad Senat. Velleian.

In præscription. tempor. ] l. cum notissimi

7. §. iimo, vers. Sed & si quis, inf. de præscript.  
trig. annor.

## X I. De dilationibus.

Post litem contestatam, aut etiam in lite ipsa contestanda sæpenumero petuntur à judice dilationes instrumentorum, aut personarum exhibendarum gratia, instruendi judicis, instruendæ intentionis suæ gratia, ut ex provincia codices afferantur l. argentarium, D. de jud. & decernuntur causa cognita pro tribunali, quod judicis sedile legitimum est, l. 4. hoc titulo, & secundum modum præscriptum oratione D. Marci, si petantur ex provincia ubi lis agitur, breviores quam si ex continentibus provinciis, & continentibus provinciis breviores quam ultra marinis, l. 1. & ult. hoc titulo l. 13. Cod. Theod: de ju. fis. l. 27. Cod. Theod. de app. Notandum in consistorio principis dilatationes non dari, l. 5. hoc titulo, quia scilicet imparati ad cognitionem principis, ne cum instructi bene non admittuntur l. 1. inf. de relat. & ita apud Julianum Imperatorem, ut Sudas refert, *αναβολαις ησαν, αντα το μεταρχη διωτυμου εις τον Χρονον οποτε λεγεται*. Sed & actori eadem ratione dilatanda non est ex l. 2. hoc titulo trahenti rem ad incongruum judicem ex rescripto principis. Dilatio est prolatio diei.

## X I. Enarratio.

Dilationes instrumentorum ] l. 1. hoc titulo.

L. 4. hoc titulo ] In qua legendum: *non in-*  
2009 Ministerio de Cultura

*terpellatione planaria*, ut in vett. ἡ τῆς αἰτίας διαγνώσις καὶ βήματα περιττωται: Causæ cognitio pro tribunalī suscipitur, Basilica libro VII. tit. XVII. cap. XIV.

Quia scilicet imparati] Michaël Attaliotes in Regio codice: βασιλέως αὐτοκράτορου εἰς ἐξετικτικήν αἰτίαν περιθομένην εὑπαρασκευαὶ γνῶν ὀφειλούσιν εἴναι οἱ πολὺτες βασιλέως διαγνωσκόμενοι. adde l. VII. Bas. tit. XVII. c. XV.

Ad incongruum judicem) In l. 2. ad extraordinarium judicem, ad alienum judicem, eis αὐτοῖς φόρου, in aliud forum.

## XII. De feriis.

V. tit. 12. lib. 2. ff.

**U**T intra tempora datæ dilationis cessant partes judicis, l. 2. sup. tit. prox. ita intra tempora feriarum. Nam & feriæ nihil aliud sunt quam dilationes judiciorum & litium omnium. Vel, dies quieti à litibus, inducīæ, pax, ut Papinius de feriis ait. Et pacem piger annus habet. Vel, tempus mutum à judiciis, quod & in feriis imperandis ut Cicero scribit l. de divin. nominatim adjiciebatur, scilicet ut cives litibus & jurgiis abstinerent. Ex his aliæ sunt solemnnes, ut dies cultui divino dedicati, ut menses & vindemiacæ, quibus deputantur menses duo l. 6. hoc tit. æstivis, ut ait fervoribus mitigandi, & autumni-fetibus decerpens. Sic legendum, ut illo versu Asclepiadis: Mox autumnali redoleat vindemia fetu. Aliæ sunt repentinæ, veluti ob res prosperè gestas, quæ à solo Imperatore indicuntur, & ob id appellan-

tar imperiales l. 3. hoc tit. mutato nomine veteri imperativarum, quæ à Coss. aut prætoribus imperabantur, l. sed & si §. si feriæ, D. ex qui. cau. ma. Videntur & quæ Senatui dantur, ut sit hodie, esse imperiales. Sic enim Theodosius scribit ad Senatum No. ne decur. ad sen. dig. asp. Otio frui vos quodam tempore patimur, ne labore videcamini fatigari continuo. Dixi ferias dilationes esse, ut d. l. 6. ferriis jura ditferri. Veteres res proferri dicebant. Lucanus ad Pisonem: Si quando judice fesso Turbida prolatis tacuerunt jurgia rebus. Porphirio in Horatium: Solent principes civitatis negotiorum dijudicatis juribus, vel prolatis rebus ociosa mente urbem relinquere. Horatius ipse dixit, rebus omittis. Ceterum feriæ dilationes sunt omnium litium. Dilations superioris tituli, unius rei licetve. & vicinitatis igitur feriarum & dilationum evidens ratio, cum & in Digestis unus sit titulus de ferriis & dilationibus, eo etiam adhibito quod habetur l. 3. sup. tit. prox. ferias computari concessarum dilationum temporibus, ut appellationum temporibus in l. 1. hoc tit.

## XII. Enarratio.

**D**ies quieti à litibus] *Quies feriata*, D. Cyprianus epist 1. ὁδίης ημέρας, μεθ' λιγότεροι δίξην, Eustathius ad Odys. iv.

Ut Papinius] Libro iv. Sylv. ad Marcell.

Ut dies cultui divino d. dic.) Ut dies Dominicus, dies Paschales, & alii qui recensentur in l. 2. 6. & ult. hoc titulo, de quibus ad collectionem Balsamonis.

Vt messes & vindemix ) Suetonius Iulii cap. XL.

Minutius Felix in Octavio: *Ad vindemiam feriae judiciariam curam relaxaverant.* Sanctus Cyprianus in epist. I. ad Donatum: *Quum indulgente vindemia solutus animus in quietem solemnes ac statas anni fatigantis inducias sortitur.* Fulbertus epistola xviii. *Messuvæ feriae, &c. & epistola xxxix.* *Ipsi vero responderunt, se messivo tempore occupatos, lites ad præsens agitare non posse.* Sed & diebus vendemalibus feriae erant à studiis, Diuus Augustinus Confession. libro ix. cap. II.

Æstivis , ut ait fervoribus ) In codice Brodæi : *Æstivos fervoribus mitigandis, & autumno fetibus decerpidis.* Sic etiam Menagii codex , & Steuvehchii , ut ipse testatur in Electis ad librum I. Arnobii.

Dixi ferias dilationes esse ) Cum lites feriis nimirum differrentur , Manuel Comnenus Imperator edixerat , ut dies quidam toti fasti essent , quidam vero in meridiem usque , & intercisi : & ut peracto sacro judices juri dicundo operam darent , ut scribit Ioannes Cinnamus historiarum libro iv. quod desumptum est ex Novella ejusdem Comneni de diebus totius anni , &c.

Vetores res proferri dicebant ) Vide Cujacium libro 7. Observat. cap. xvi.

Lucanus ad Pisonem ] In Panegyrico.

Horat. ipse Reb. omissis ) Epist v. lib 1.

### XIII De jurisdictione omnium judicium & de foro competenti.

**Q**Via ante litem contestatam vel tempore litis contestatae opponenda est præscriptio fori, l. 4. hoc tit. l. ult. inf de excep. ideo titulo de litis contestatione non longe adiicit titulum de jurisdictione & de foro competenti. De jurisdictione eadem fini qua de foro competenti, ut sciatur cuius sit jurisdictione, id est quis sit judex competens, quod forum judiciumve competens, & longe alia fini quam in Digestis, in quibus titulo de jurisdictione hæc præcipue tractantur, quæ sint jurisdictionis, quæque adeo possint mandata aut concessa jurisdictione transire, & quemadmodum contempta jurisdictione magistratus vindicetur, & quod habuimus tit. v ne quis sibi jus dicat & de modo jurisdictionis, & aliqui de officio judicis l. i. quod sane latius patet quam jurisdictione. Nam ea etiam complectitur in quibus nulla jurisdictione consistit, & quæ legis potius quam jurisdictionis sunt. De foro autem competenti est in Digestis secunda pars tituli de iudiciis Porro jurisdictione & forum est solius magistratus: judices enim dati nec forum, nec jurisdictionem habent. Jurisdictione igitur notio, quæ jure magistratus competit. Definitio est jurisdictionis ordinariæ: Nam extraordinariam etiam ij qui non sunt magistratus habent, veluti præf annonæ, & præf vigilum, l. 2. §. sanc præfectus, D. de orig. jur. l. 7. D. de off.

to magistratus, vel extra ordinem competit. Forum autem est locus publicus in quo magistratus jus dicit, vel judicat. & ex constitutio-  
ne l. 2 sup. de ped. jud. judicat magistratus, &  
forum agit de omnibus causis, nec nisi perraro  
judices dat. neque vero improbes, ut quidam  
quod Isidorus dixit Forus, non forum. Nam  
& Lucilius, & Pomponius Atellanarius, &  
Marius Victorinus sic loquuntur. Competens  
autem forum, id est proprium & congruum vbi  
reus ab auctore conveniri debet quacunque de  
re agatur, puta vbi domicilium reus habet, vel  
vbi tempore contractus habuit, l. 2. hoc tit.  
Cujus contrarium forum alienum, incompe-  
tens, incongruum. & judex similiter aut com-  
petens aut incompetens & incongruus, l. 1.  
hoc tit. & No. Martiani nem. exh. de pro. ad  
com. Et notandum incompetentem litis con-  
testatione competentem fieri, l. 4 hoc tit. l. 1.  
tit. 15. vel si partes se ejus jurisdictioni subii-  
ciant & consentiant. l. 1. hoc tit. l. 1. hoc tit. l.  
14. D. eod. l. 1. D. de jud l. ille. à quo §. pen.  
D. ad Trebel l. inter D. ad munic. Dico juris-  
dictioni: Nam non habenti jurisdictionem pri-  
vato homini qui se subiiciunt, nihil agunt, l. 3.  
hoc tit. Item si quis incompetens extraordi-  
nem rescripto principis judicare jubeatur inter  
aliquos, l. 2. sup. de dilat. Nam, ut Paulus ait  
v. Sent. res judicatæ videntur etiam ab his qui  
ab Imperatore extra ordinem petuntur. Dixi  
ex rescripto: Nam sine rescripto auctor qui reum  
invitum trahit ad iudicem incompetentem, for-  
san fretus executione militari, causa cadit,  
reus prodannato habetur, l. 5. hoc tit.

## XIII. Enarratio.

**N**Am ea etiam complectitur ) Ea complectitur quæ iurisdictionis non sunt, sed legis, veluti tutorem pupillis non habentibus constituere, l. muto 6. §. pen. D. de tutel. dum ait, tutoris dationem neque imperii esse, neque iurisdictionis, sed ei soli competere, cui nominatim hoc derit vel lex, vel S. C. vel Princeps.

Porro iurisdictio & forum est sol magist. ) Princeps magistratus non est, sed celsior est magistratu. Nicephorus Blemmidas in proœmio Epitomes Logicæ : ἵ βασιλεῖα τὸ ἀξιῶν ἀξία  
ἡ τύρανκη τὸ τύρανκῶν : & ideo iurisdictionem non habet, sed cognitionem extraordinariam. Qui iurisdictionem habent, & mixtum imperium habent: Nam iurisdictioni cohæret, l. 3. D. eod. Qui merum imperium habet, non continuo iurisdictionem habet: nam & privato competit, si lex aut Senatusconsultum ei nominatim concederit. Imperium merum est habere gladii potestatem, d. l. 3. ἐξοίκου δικαίως vocat Joannes Archiepiscopus Thessalonicensis de Christi resurrectione. *Gladius*, inquit sanctus Hylarius Commentatio in Matthæum can. 10. *telorum omnium acutissimum est*, in quo sit jus potestatis, & judicii severitas, & animadversio peccatorum.

Nec forum, nec iurisdictionem ) l. ult. sup. ubi & apud qu. cogn. restit.

Vel ex mandato magistratus ) Et is cui mandata iurisdictio est, fungitur vice eius qui mandavit, non sua, ut est in l. solet 16. D. de iuris-

dicit. & alienam jurisdictionem exequitur, l. 3.  
D. de offic. ei cui mand. est jurisd.

Et forum agit ) Actuum Apostolorum cap.  
xix. 38. ἀγόραιοι ἀγόραιοι sic legit Casaubonus  
ad Theophrasti Charact.

Quod Isidorus dixit ] Libro xviii. Origin.  
ut concilii Suectionensis cap. vi.

Nam & Lucilius ) Apud Nonium in v. fo-  
rum.

Pomponius Atellanarius ) A. Gellius xii.  
10. Macrobius i. Saturn. cap. x.

Marius Victorinus ) Artis Grammat. libro  
I.

Cujus contrarium forum alienum ] Asconius  
Pedianus in Diuinat. *Alii alienum non nomen  
proprium putant esse, sed alienum, & alterius  
judicij, & non ex auditorio Prætoris.* & Paulò  
post: *Hinc apparet, etiam supra alienum, a-  
lieni judicij hominem significari, l. 2. sup. de  
dilation.*

Sine rescripto ) Sine cœlesti oraculo d. l. 5.  
*dixas τείχη ανθρακοφύς: sine sacro rescripto, Ba-  
silica.*

v. Sententiarum ] Titulo v.

XIV. Quando imperator inter pupillos  
vel viduas vel miserabiles personas cog-  
noscat, & ne exhibeantur.

**I**Mo nec ex rescripto principis extra ordi-  
nem pupilli, viduæ, infirmi & qui perpetuo  
morbo laborant è foro competenti ad Comi-  
tatum principis exhiberi possunt, ut cavetur  
constitutione tit. hujus & adjiciunt Græci ra-  
tionem, ἐπειδὴ τὸ αὐτοποτίσμα ἐστι τὸ τοιαῦτα

Contra tamen his personis licet adversarios suos impetrato rescripto evocare in aulam sive comitatum principis, & huius rei exemplum est in epistolis Theodorici Regis apud Cassiodorum iv. Var. Ipsae igitur rescripto evocare, non evocari possunt. Ex superiori No. Martiani, nemo de suo foro exhibetur ad comitatum, quod observari sane æquissimum, & non observari iniquissimum est, si quæ ætas ferat ordinarios iudices probos & religiosos iuris. Ex hac constitutione certæ tantum personæ huic observationi causam præbent, aliis ex rescripto evocandi iudicii ius potestasque est. Miserabiles personas dicit non pupillos aut viduas, sed debiles & valetudinarios, qui ope aliena indigent, & miserabiles non miseras. Miser enim à Græco μισετος & μισηγος, semper dicitur in malo. Hieronymus adversus Jovinianum: Misere potius quam miserabiles.

#### XIV. Enarratio.

**A**D comitatum principum ] Glossæ Nominae: κομιτατου, ὁ τόπος εἴδος ο βασιλεὺς οἰκεῖος  
Et adiiciunt Græci rationem ] Basilic. libro vii. tit. iii. cap. xxxvii.

Talīs oddīs ) Quoniam iniquissimum est, personas eiusmodi itineribus vexari.

Apud Cassiodorum iv. var. ) Epist. ix.

Jus potestasque est ) Maxime cum alicuius (provincialis) potentiam reformat ut est in l. un. hoc titulo.

Debiles ) Basilica, η πνε παιδει κατεχόμενον, η αἷδος ακρωτηρας ψυχου τὸ σῶμα : morbo laboran-

tem, aut alias corpore mutilum, ut Matthæi cap. xviii. 8. χωλὸν, ἥ κυνόν: vetus interpres: debilem vel claudum.

Miserabiles non miseras ) Quidam sunt miseri & mirabiles : vetus interpres Apocalyps. c. iii. v. xvii. Qui a tuis miser & miserabilis. Lactanti de vero cultu cap. 10. Miseros atque miserabiles , qui stultitiam suam literis memoriæque mandaverunt. Didymus de Spiritu sancto libro IIII. ad finem ex interpretatione D. Hieronymi : Miseri atque miserabiles , &c. Quidam miseri non miserabiles. Sidonius I. 7. Miser nec miserabilis erat. Quidam non miseri sed miserabiles , ut heic. μυστηρίος est sceleratus , sceleratus.

## XV. Ubi de criminibus agi oportet.

**S**unt etiam sequentes tituli usque ad xxvii. Somnes de foro competenti: Nam per singulas causas explicatur quod cujusque sit forum judiciumque competens, ac primum hoc tit. si causa criminalis sit ostenditur ejus loci forum esse competens , ubi reus crimen admisit , ut nominatim etiam de militibus caustum est , l. 2. tit. 23. l. 3. D. de re mil. & de clarissimis, l. 1. tit. 24. & de hominibus divinæ domus, & Cæsarianis , l. 8. 9. 10. tit. 26. vel ubi lis contestata est, quod significatur verbo , inchoatæ , in l. 1. Nam post litem contestatam non est jus revocandi forum. Vel ubi reus domicilium habuerit, aut deprehensus fuerit, ut l. 1. tit. 23.

## XV. Enarratio.

**V**Bi reus crimen admisit) Libanius declamatione XVII τὰς προειδέας δὲ περιτταῖς παρῆνται, οὐς ἴδικησασ: Pœnas exigi oportet apud nos quos læserunt. Symmachus lib. ix. 123. Facinus ubi admissum est, debet expiari. Sanctus Cyprianus epistola iv. Nam cum statutum sit omnibus nobis, & aequum sit pariter ac justum, ut uniuscujusque causa illic audiatur, ubi est crimen admissum. Utuntur in hanc rem Aniani verbis ad tit. Cod. Theod. de accus. Sixtus III. epist. 3. & Carolus II. Imp. apud Hincmarum Remensem Episcopum opusculo xlvi. num. xvii. & Damasus PP. in epistola viii. nisi subdititia est, quod magis puto.

Verbo inchoatæ) Ut in l. un. sup. tit. x. ante litem contestatam, Græci, & ita etiam Azo in Summa.

Vel ubi reus domicilium hab.) l. 2. vide ad tit. III. lib. ix.

Aut deprehensus sit) ὅπου συνελήφθησεν οἱ ταῦτα ἵμαρτοις, Basilica: ubi deprehensi sunt qui haec admiserunt. ubi reperiuntur, l. i. licet ibi domicilium non habeant, ex sententia veterum interpretum. Nec igitur vera est Glossæ & Odofredi interpretatio, reos ibi convenientes ubi reperiuntur, si ibi domicilium habent.

## XVI. Ubi de possessione agi oportet.

**C**ONSTITUTIO hujus tit. & de causa criminali est, & de causa possessionis sive momenti. Nam si per vim deiectus quis sit possessione prædii, & de vi quæri ait criminaliter lege Julia ubi vis facta est, & de possessione in momentaria similiter per interdictum unde vi.

## XVI. Enarratio.

**L**EGE JULIA ) l. 1. §. 2. D. de vi & vi arm. l. 4.  
Lintra unde vi , §. reciperandæ , Instit. de  
interd.

Et de possessione ) In ea provincia agitur ,  
ubi res sita est , aut ubi domicilium habet , qui  
de possessione convenitur . Basilica : cù ἐκείνη τῇ  
παρχα κινεῖται οὐδὲ λύτο τῷ πρᾶγμα διάκειται , καὶ  
διοικεῖται οὐτός οὐδεὶ τῆς νομῆς ἀγωνιζεται . Puto  
legendum , η δ. aut ubi dom. h. & fortasse  
mendum typographicum est . Sed tam de vi  
quam interdicto unde vi ibi agi ubi vis facta  
est , verius est .

XVII. Ubi fideicommissum peti  
oportet.

**C**AUSA autem fideicommissi , sive res petatur  
sive cautio , disceptatur ubi hereditas , aut  
major pars hereditatis est , vel ubi heres , aut  
fideicommissarius Trebellianus domicilium  
habet , etiam si res ibi non sit cuius fiet restitu-  
tio , ut ostenditur l. 10. & seqq. D. de rei vind.  
vel ubi res est per fideicommissum relicta , quod

idem & de legato dic potest, & de credito hereditario : Nam heres sequitur forum defuncti.

### XVII. Enarratio.

**S**ive cautio ) Legatorum vel fideicomissorum  
causa , l. 5. §. penult. D. ut legator.

Ubi hereditas ) l. un h. t.

Aut major pars hereditatis ) l. si fideicommissum 50. & l. sed et si 52. §. penult. D. de re iudic.

Aut fideicommissarius Trebel. ) Cui restitu-  
ta est hereditas ex Sc. Treb.

Domicilium hab. ) d. l. 50. §. 2.

Vel ubi res est ) l. quod legatur 38. eod.

De legato ] d. l. quod legatur.

### XVIII. Ubi conveniatur qui certo loco dari promisit.

**Q**Uod certo loco dari oportet , non eo tan-  
tum loco petitur recte , sed etiam alio ci-  
tra periculum plus petitionis , dummodo metio  
fiat ejus loci quo dari debuit , quæ actio dicitur  
arbitraria , & à Græcis ἐγενέτην , quod in ea ju-  
dicis arbitrio estimetur quanti actoris intersit  
suo loco pecuniam solvi , id est loco condicto  
conventoque , si per reum mora fuerit , quo  
minus suo loco solveret , l. centum , l. ult D. de  
eo qod. cer. lo. vel quanti intersit rei si per  
reum mora non fuerit , vel si per actorem mora  
fuerit quo minus loco convento oblatam pe-  
cuniam acciperet , l. 2. in pr. & §. ult. D.  
cod.

## XVIII. Enarratio.

**E**T à Græcis ἐξελασικην ) Basilic. lib. viii. tit. v.  
LXXXI.

Judicis arbitrio ) & hoc est quod aiunt  
**Græci**, οὐ τὴν ἀρbitρεγοπίαν συγχεῖται τὸ αἰλαρέ-  
γον : in actione arbitraria spectari id quod in-  
terest.

## XIX. Ubi in rem actio exerceri debeat

**R**Ei vindicatione agitur adversus possessio-  
rem ubi domicilium habet , vel ubi res si-  
ta est l. io. D. de rei vind. I. ult. inf. de præf.  
lon. temp. idemque forum sequitur auctor &  
dominus possessionis , l. venditor , D. de jud.  
Nov. LXIX.

## XIX. Enarratio.

**S**Equitur auctor ) Auctor sive venditor sequi-  
tur forum emptoris. Glossæ: περιτης , auctor  
venditor.

XX. Ubi de hereditate agitur , & ubi  
heredes scripti in possessionem mit-  
ti postulare debeant.

**E**T simili modo petitione hereditatis agitur  
adversus eum qui eam , vel quid ex ea pos-  
fidet pro herede vel pro possessore ubi is domi-  
cilium habet , l. si suspecta §. ult. D. de inoff.  
testam. vel ubi sunt res hereditariæ , de quibus  
agitur , si ibi reperiatur possessor , ut indicat

Constitutio hujus tit. Semper cum dicitur , ibi forum esse competens vbi res est sic exaudiri debet , si & ibi reus inveniatur. alioquin ini- quissimum esset ex domicilii loco extrahi eum ad locum quo sita res est , quia non sine magno detrimento à rebus nostris revocainur. Heres autem scriptus cui fit controversia hereditatis ibi postulat se mitti in possessionem rerum hereditiarum ex edicto D. Adriani , vel hodie ex edicto Iustiniani , vbi sunt res hereditariæ , interim salva petitione hereditatis : nam & si de possessione agatur ex interdicto uti posside- tis , ejus præsidis notio est qui eam provinciam regit in qua sunt res hereditariæ . & conjun- genda est cum Constitutione hujus tit. l. 2. inf. de interd.

## X X. Enarratio.

**S**i & ibi reus inveniatur ) Aliter Glossa , dis- sentiente Fulgosio , qui putat legem vlti- mam sup. tit. prox. ex hac tanquam posteriore interpretandam esse , id est , non continuo con- veniendus est reus vbi res sita est , sed si & ibi inveniatur.

Ex edicto D. Adriani ) de quo l. vi. 36.

## X XI. Vbi de ratiociniis tam publicis. quam privatis agi oportet.

**A**ctione tutelæ , negotiorum gestorum , mandati , pro socio plerunque agitur ut reddatur ratio administrationis , de calculis , de ratiociniis Vbi igitur de ratiociniis agi oportet , id est vbi tutelæ , vel negotiorum ge-

storum, vel mandati, vel pro socio, vel in factum ex edicto de edendo agi oportet. Fabius VII. Tutelæ, inquit, in quo judicio solet quæri, an alia de re quam de calculis cognosci oporteat. Et recte definitur, ibi reddendas esse rationes ubi negotia gesta sunt quod scilicet ibi suppetat totius rei instructio amplior. idemque esse si rationes militares ab eo exigantur qui fuerit tribunus numeri, vel ab alio deposita militia. Et recte Theodosius in Nov. 2. de amo. mil. fo. præf. veteres leges specialiter fori præscriptionibus & contractus, & negotia gesta, & delicta subtrahere.

## XXI. Enarratio.

**V**El in factum ] In argentarium actio in factum proposita est de edendis & reddendis rationibus, l. quædam⁹. D. de eden.

Fabius VII. ) Capite v.

Si rationes militares ) Apud magistrum militum rationes redder. Basilica.

Deposita militia ] Post depositum cingulum,

l. 2. ζώνη σπαθωνίος

## XXII. Ubi causa status agi debeat.

**S**tatus hominis est conditio libertatis aut servitutis, & conditio libertatis, quæ & status capit⁹ dicitur, vel libertinitatis, vel ingenuitatis. Causæ autem status actiones præjudiciales sunt, quas secundum regulam generalē actor intendit in foro rei. i. ubi reus domicilium habet, vel ubi consistit. Et reus est in causis status, qui ex libertate in servitutem, vel

n libertinitatem petitur , vel etiam aduersus quem ex servitute in libertatem , velex libertinitate in ingenuitatem proclamatio fit. Neque verò aliis est locus quo agi possit status causa , neque notio est aliorum quam præsidum in provinciis , vel procuratorum Cæsaris , si agatur inter fiscum & privatos causa libertatis & servitutis ( sic legendum l. pen. ) non si ingenuitatis , l. z. sup. de ped. jud. l. pen. infra ne de sta. def. vel in urbe Consulum , l. Divi , D. de liber. cau. l. 4. si ing. esse dic. vel prætorum liberalium , quibus privilegium fori nullum objici potest , l. neque §. ult. D. de fid. lib. l. 4. D. si ing. esse dic. Exigit causa status maximos judices , l. ult. hoc titulo : majores judices , l. non distinguemus §. de liberali , D. de recep. adeo ut nec pedaneis delegari possit , nec committi compromissariis quin & præsidum olim de statu cognitio non fuit , l. i. supra de ord. jud. quod confirmat Plinii junioris epistola ad Trajanum de assertione ingenuorum , nisi forte missi essent in provincias cum jure prætorio , vel iure proconsulari : nam proconsulum notio fuit de causis status , qui utique majores sunt quam præsides , nempe spectabiles , & præsides clarissimi.

### XXII. Enarratio.

**P**RÆJUDICIALES sunt ) Omnis causa status præjudicium appellatur. Vide librum vii.  
16.

Causa libertatis & servitutis ) in codice Menagii & Brodæi , *libertinitatis.*

Prætorum liberalium ) Quorum de liberali  
2009 Ministerio de Cultura

causa jurisdictione est , l. i. inf. si mancip. ita venier. ne prostat.

Vt nec pedaneis ) d. l. 2.

Nec committi compromissariis ) d. §. de liberali.

Epistola ad Trajanum ) Libro x. epistol.  
Ixxviii.

### **XXIII. Ubi quis curiali vel cohortali aliave condicione conveniatur.**

**S**unt etiam quasi præjudiciales & quasi de statu actiones , quibus quæritur decurio quis sit necne an curiæ muneribus obligatus , an agricola censitus , an ex cohorte præsidis , an ex corpore naviculariorum , pistorum vel aliorum conditionalium , quæ ad notionem præsidis ejus provinciæ pertinent , in qua is qui curiæ aut cohorti , vel alii conditioni vindicatur , deprehensus fuerit , l. i. hoc titulo l. i. sup. tit. 15. nisi malit actor eum remitti in eum locum , unde quasi fugitivus recessit , l. i. sup. ut. prox. Neque vero sub specie alterius militiæ quam armatae , condicionario vel debitori publico ad alium judicem licet revocare litem , non sub specie apparitionis magistri ilitum supra numerum , non sub specie apparitionis magistri officiorum . Dixi ex cohorte præsidis , significans cohortalem conditionem : Sunt enim cohortales officia & apparatores præsidis , qui utique in provinciis erant perpetui , l. præsis , D. de rebus cred. huic ubi obnoxii ministerio nec optati à præside , nec in provinciam perduci.

## XXIII. Enarratio.

**S**unt enim cohortales ) ταξιδεῖαι in Novell.  
CLI. Macarius homilia xv. οἱ διάνοιαι τὰς αρχο-  
γος, καὶ οἱ ταξιδεῖαι. Vide Cujacium ad dictam  
Novellam.

XXIV. Ubi Senatores vel clarissimi  
civiliter vel criminaliter con-  
veniantur.

**C**larissimorum appellatio latissima est : nam  
& uxores & liberos Senatorum cujuscun-  
que ætatis vel sexus complectitur, & Senato-  
res celsiores clarissimis, puta illustres vel spec-  
tabiles. Alii quidem sunt Senatores omnis  
dignitatis expertes, l. 52. & 54. Cod. Theod.  
de her. & in hoc titulo igitur Senatores, i. Se-  
natores sine dignitate, & clarissimi, i. Sena-  
tores cum dignitate, ut l. inf. de tut. & cur.  
il. vel cla. per. & No. 71, Conveniuntur autem  
Senatores & clarissimi civiliter in urbe apud  
præf. prætorio, vel præf. urbi, vel magistrum  
officiorum adsentiente principe ex l. 2. & aliis  
Theodosii Constitutionibus, ut Symmachus  
refert in epistolis, quæ Senatorum controver-  
sias transferri à foro præfecturæ urbanæ ad pe-  
rigrina vetant. In provinciis conveniuntur ju-  
re communi apud præsidem ejus provinciæ.  
in qua domicilium habent, l. 3. & ult. tit. 22.  
**C**assiodorus in formula rectoris provinciæ Tu  
etiam Senatorem ibidem residentem juberis  
audire. Criminaliter autem clarissimi apud  
præsidem ejus provinciæ in qua deliquerunt,

qui tamen olim erant remittendi ad præf prætorio vel præf. urbi, l. 3. C. Theod. de accusat. excepto casu, l. i. sup. ne lic. pot. Illustres qui recensentur, l. 3. hujus tituli in consistorio principis quod & aliis Senatoribus detulisse Imperatores quosdam Dio & Spartanus scribunt.

## XXIV. Enarratio.

**U**T Symmachus ) Libro II. epist 75. & li-  
bro x. 72.

Cassiodorus ) lib. vi. 21.

Vel præfectum urbi ] De Senatore cognos-  
cebat præfectus urbi. Dio.

Et Spartanus ) In Adriano : Equites, inquit  
Romanos, nec sine se de Senatoribus, nec se-  
cum judicare permisit.

XXV. In quibus causis militantes fori  
præscriptione uti non possunt

**M**ilitantes in hoc tit. dicuntur non armati  
milites & tribuni numerorum, qui pri-  
vilegio sui fori semper uti possunt, & ab alio-  
judice litem revocare ad magistratum militum;  
l. 2. sup. tit. 23. sed scholares, qui sunt magistro  
officiorum veluti agentes in rebus qui & ma-  
gisteriani dicuntur, aut domestici protectores,  
qui sui fori privilegio non utuntur casibus se-  
quentibus : Si convenientur ex causa debito-  
rum aut munerum publicorum apud præsidem  
provinciæ vel quod curiæ, aut cohorti, aut alii  
corpori obnoxii esse vel per super exactiōnem  
aut concussionem aliquid abstulisse dicantur, l.

1. & 2. sup. tit. 23. quæ & sub hoc tit. ponipotuiſſent, ut l. 2. in No. Theodosii ponitur sub titulo huic ſimili, de armata militantibus fori præſcriptione. Item ſi prædia aliena conduxerint & aliqua ex cauſa conveniantur. Soli enim armati conductorēs eſſe prohibentur, l. 1. inf. de re mil. Item ſi negotiantur in provinciis etiam ſi à principe negotiandi licentiam acceperint: regulariter enim mercatorēs ſimul & milites eſſe non poſſunt, l. 1. inf. de re mil. Item ſi in provinciis res suas componant, & ſuis commodiſtudineſtudēant ſine beneficio commeatus. His caſibus ſcholares fori ſui præſcriptio nem non habent. In contexu malo, & qui per provincias negotiantur: nam tr̄cs caſus notantur, ſi privatis actionibus atque compendiis occupantur, ſi negotiantur, ſi conductorū vocabulo defenduntur, & ita in Basil. eis idem Φεγυλίδας ἀχολεύματος, η ἐμπορευόμενος, η εὐθεγάμος.

## X X V. Enarratio.

**Q**Ui & magisteriani dicuntur) Vide ad titulum xxx. libri i.

Sine beneficio commeatus) Commeatus eſt abeundi licentia. Vide lib. XII. 42.

- Et ita in Basilicis) lib. VII. tit. v cap. XCIII.  
Eis idem, &c. Privatis actionibus occupantur, aut negotiantur, aut aliena prædia conducent.



**XXVI. Ubi causæ fiscales vel divinæ domus hominumque ejus agantur.**

**C**AUSÆ fiscales sunt in quibus agitur de bonis fisco delatis, vel de pœna pecuniaria inferenda fisco, vel de eo quod fisco debetur ex contractu. Videtur etiam quodammodo esse causa fiscalis in specie l. 4. qua is qui emit à fisco mandatu Titi, cum Titio agit de pretio & de usuris quæ fisco solvendæ sunt. Hæ causæ disceptantur apud procuratorem Cæsaris, non causæ criminales, nisi fungatur vice præsidis, l. 3. hoc tit. l. ult. D. de off. proc. Cæs. l. ex consensu §. 1. D. de appell. l. i. sup. de pet. jud. l. 2. inf. de pœn. l. 4. inf. ad l. Fab. Sed de criminе & pœna agitur apud præsidem provinciæ, quia merum imperium habet, de bonis fisco vindicatis civiliter apud procuratorem Cæsaris, denique rationalis est exactio pœnæ irrogatae à præside, non irrogatio. A fisco separatur divina domus, quæ ratio Cæsaris dicitur l. 6. §. ult. D. de ju. fis. Causæ divinæ domus sunt quæ pertinent ad prædia Tamiaca, quæ erant in Cappadocia sub dispositione & cura præpositi sacri cubiculi & Comitis domorum, ut recte legi & aliis locis plerisque quondam, & nuper in vetere Notitia, sub dispositione V. I. præpositi sacri cubiculi, domus divina per Cappadociam, & hæ quidem causæ vel hominum Tamiacorum aguntur omnes apud præpositum sacri cubili, & Comitem domorum, l. ult. hoc tit. Hominum autem fiscalium causæ veluti actorum, procuratorum, conductorum, colonorum, inquilinorum, servorum rei pri-

vatæ civiles aguntur apud Comitem rei privatae, vel apud rationalem, criminales apud vicarium urbis, vel praeside ejus provinciae in qua deliquerunt adhibito rationali, & similiiter officiales rationalis conveniuntur civiliter apud rationalem ipsum, criminaliter apud praesidem.

## XXVI. Enarratio.

**N**on causæ criminales) Vide Obs. lib. xix. cap. xiii.

Quia merum imperium habet] l. illicitas s. s. qui universas, D. de offic. praesid. Dio libro LIII.

Rationalis est exactio] Exactio poenæ irrogatæ à praeside pertinet ad rationalem, sive procuratorem Cæsaris.

Prædia Tamiaca) Vide librum xi. de præd. Tamiac, &c. & titul. de præposit. fac. cubic & ad Novel. xxx.

## XXVII. Quando liceat unicuique sine judice vindicare sc vel publicam devotionem.

**Q**uod dixit tit. 5. neminem sibi jus dicere, & titulis superioribus, adeundum esse judicem competentem, id aliquando non servari hic tit. ostendit: nam & seipsum ulcisci licet non adito judice, sibique jus dicere adversus obsecorem viaruin, & adversus furem nocturnum in agris sive paganum sive militem, & eum occidere quoquo modo, quod ex xii. tab. obtinuit etiam in urbe, hodie ex l. i. hujus tit.

in agris dumtaxat locum habet, licet etiam cui-  
libet adversus desertorem militiæ vindici esse  
læsæ majestatis devotionisque publicæ deserto-  
re obsesto & prehenso, & si se telo defendat  
etiam occiso. Tertulianus Apol. in reos ma-  
jestatis & publicos hostes, omnis homo miles  
est, milites devotissimi appellari solent, igitur  
qui ab ea devotione desciscunt deserta militia  
devotionem publicam lædunt.

## XXVII. Enarratio.

**A**dversus obsestorem viarum ) & latrones  
publicos, l. 1. & 2. hoc tit. vide quæ di-  
ximus ad titulum de lege Aquil §. 2. Instit.  
Divus Augustinus 1. de libero arbitrio capite v.  
*Non ergo lex justa est, quæ dat potestatem, vel*  
*viatori ut latronem, ne ab eo ipse occidatur, oc-*  
*cidat. Melius enim est occurrere in tempore, quam*  
*post exitum vindicare, ut est in d. l.i.* Terentius  
in EunUCHO act. IV. sc. vi. *Malo ego nos prospic-*  
*cere, quam hunc ulcisci accepta injuria. Vide ta-*  
*men Gellium VII. 3. ibi: hominem autem vita*  
*non tam iniquis, neque tam indomitissimis necessi-*  
*tatibus circumscripta est, ut idcirco prior inju-*  
*riam facere non debeas, quam nisi feceris pati*  
*possis.*

Adversus furem nocturnum ] Seneca in Ex-  
cerptis Controvers. lib. x. ult. A. Gellius lib.  
xi. cap. ult. Ulpianus in collatione juris Mos.  
& Romani tit. vii.

Quoquo modo) Sive se telo defendaret, sive  
non.

Et prehenso) Opprimere in l.2. est prehendere  
manu injecta, de desertoribus vide ad tit. xlvi.

Etiā occiso ) Itaque non continuo occisus  
bomo ad crimen , & ad damnationem pertinet ,  
cum hoc interim legibus facere liceat , ut ait  
Quintilianus declamat. ccxlviii.

Tertull. Apolog. ) cap. ii.

Milites devotissimi ) οὐδενὸς μηδέποτε , & devotio  
οὐδενίων.

## XXVIII. De inofficio testamento.

*V. tit. 2. lib. 5. ff.*

**D**ixit supra de jure sacro , de partibus juris  
civilis , de magistratibus , de ordine quo  
agit quisque apud eos , de advocatis & procu-  
ratoribus litium alienarum , de restitutionibus  
litium , de pedariis judicibus , & de foro com-  
petenti. Nunc ab hoc tit. de inofficio testa-  
mento , quæ sequuntur omnia sunt de diversis  
actionibus , qui tractatus jus omne fere com-  
pletebitur ; nec mirum igitur si in ea re & Co-  
dex & Digesta potissimum consumantur. Sum-  
ma autem actionum divisio hæc est : alias esse  
in rem , alias in personam , vel quod idem est ,  
alias vindicationes , sive petitiones , alias con-  
ditiones , has de obligatione , illas de proprie-  
tate , vel possessione. Et rursus vindicationum  
sive petitionum , alias esse de universitate , alias  
de rebus singulis , & orditur ab his quæ sunt de  
universitate , & ab ea præcipue quæ dicitur peti-  
tio hereditatis de inofficio testamento , vel  
querela in officio testamenti ex lege Glicia , nec  
enim querelam separo à petitione hereditatis ,  
ne imiter interpretes qui illud faciunt judicium  
rescindens , aliud rescissorium : uno enim co-

demque judicio , una actione & rescinditur testamentum quasi infficiosum & petitur hereditas ab intestato , cuius tamen judicij ordinandi & præparandi gratia præter suos heredes necesse est prius alios qui queruntur & agunt de inofficio testamento, veluti ab intestato delatam sibi hereditatem adire , vel bon. possessionem agnoscere unde liberi , vel unde legitimi , vel unde cognati , qua freti illi qui non sunt sui , & sui ipso jure freti atque maniti perveniant ad petitionem hereditatis de inofficio testamento , qua rursus nisi vicerint , & aditio & bon. possessio illa , & jus quoque illud sui heredis sine re constituitur , & est quoque interim sine re , & color potius fictaque narratio , aut titulus quidam sive pretextus pætendæ hereditatis l. 2. hoc tit. Inofficiosum testamentum est in quo liberi , vel parentes , vel fratres germani immerito exhereditati sunt , vel præteriti , vel instituti ita ut pro exhereditatis habeantur. Et est in hoc judicio hæc plerunque dicendæ sententiæ formula. Justas causas offensæ , ut l. 20. 22. 23. hoc tit. vel ut in epistolis Plinii , justas irascendi causas patrem habuisse videri , aut non videri. Et datur non tantum ingenuorum , sed etiam libertinorum liberis ex l. 4. inf. de bon. lib.

### XXVIII. Enarratio.

**D**E pedariis judicibus ] Vide sup. tit. III. & Gessium III. 18.

Ex lege Glicia ) idem sentit P. Faber in lib. Semestr. vide dicta nobis ad tit. instit. de inoff. testam.

Nec enim querelam separo à petit. hered. ]  
Quæ fuit veterum quorundam sententia , ut  
refert Glossa hic , & Azo in summa num. xvii.  
Vide Cujacium ad legem 6. §. ultimo D. eod.  
& Græcos interpres Basilic. lib. xxxix. tit.  
1. ubi plenius explicant , quæ hic strictim Cu-  
jaciūs.

Præter suos heredes ] l. quemadmodum 7.  
D. eod.

Fratres Germani ] ἀμφιτολεῖς , καὶ αὐτότελοι ,  
ex eodem patre eademque matre nati : & con-  
sanguinei , qui & germani , non uterini , l.  
27.

Inmerito exheredati sunt ) Nam qui meruit  
exheredari , caret hoc juris remedio , l. quidam  
32. D. de verb. obl.

Vel præteriti ] Qui pro exheredatis haben-  
tur , §. ult. Instit. de exheredat. liberor. & tit.  
de inoff. test. in pr.

Vel instituti ] Filio instituto ex minore par-  
te , quam lege debeatur , non datur querela ,  
maxime si ei adjecti sint fratres coheredes : sed  
ita actio datur , ut sibi portio debita à fratribus  
suppleatur , adjectis extraneis secus esse argu-  
mentum præbet lex 3. hoc tit. Hodie ex consti-  
tutione Justiniani filio instituto ex minore par-  
te , vel exheredato , cui minus debito relictum  
est , omnimodo actio datur supplendæ portio-  
nis gratia , non querela , l. omnimodo , l. sci-  
mus hoc titulo , Cujacius ad Paulum Sentent.  
lib. iv. tit. de inoff. quer.

In epistolis Plin. ) Epistola i. lib. v.

## XXIX. De inofficiosis donationibus.

**E**xemplo querelæ inofficiosi testamenti comparata est querela inofficiosæ donationis factæ à parentibus inter vivos in fraudem liberotum, rescripto Alexandri ad Cl. Julianum præf. urbi l. Titia §. Imp. D. de leg. 2. & data liberis, qui erant tempore donationis, sive in unum ex eis, sive in extraneum collata donatio fuerit. Sed hoc interest, quod querela inofficiosi testamenti, totum testamentum rescindit, sive extranei, sive alii liberi instituti sint: querela inofficiosæ donationis id tantum rescindit & revocat, quo minuitur portio debita liberis, i. quadrans, vel hac die triens, aut semis legitimæ portionis, ut No. 92. quia quo liberaliores sunt morientes quam viventes, eo sunt etiam minus horum quam illorum judicia & liberalitates coercendæ argumentum hujus rei est lex Caninia. Igitur inofficiosa donatio est quæ liberis portionem debitam aufert, aut minuit, ut donatio omnium bonorum, vel donatio dextantis, aut deuncis: nam donato dextrante vel deunce, quod residet non sufficit debitæ portioni, quo genere eluditur quidem querela inofficiosi testamenti, sed suppetit querela inofficiosæ donationis, quam adnotandum est etiam parentibus dari, si liberi immodicam donationem fecerint rerum suarum, l. 4. hoc titulo, & ab intestato, l. 3. atque etiam forte si intervertendæ inofficiosi testamenti querelæ donatori animus non fuerit, l. 5. nam consilium quidem absque eventu non sufficit, l. pen. eventus absque consilio sufficit, quod tamen

non videtur Patricius probasie, qui dicit, l. 5.  
*κανονοποιίαν*, hoc est strictius accipiendam esse  
 quasi novam, ut suo tantum casu procedat, si  
 liberi nati post donationem omnium bonorum  
 factam aliis liberis eam revocent pro modo por-  
 tionis sibi debitæ. Etiam illud adnotandum, non  
 dari hanc actionem post quinquennium, l. ult.  
 non dari his qui parentis judicium agnoverunt,  
 l. 6. hoc titulo l. 4. inf. de cont. emp. non dari  
 his, quibus alio remedio consultum est, l. 2. &  
 4. quæ obtinent etiam in querela inofficiosi tes-  
 tamenti, nec similiter dari querelam inofficio-  
 fæ venditionis.

## XXIX. Enarratio:

**I**N fraudem liberorum ) Ad eludendam inof-  
 ficiosi querelam, l. i. intervertendæ quæf-  
 questionis inofficiosi causa, l. pen.

Ad Cl. Julianum ] Vide Cujacium ad No.  
 xciv.

**Q**ui erant tempore donationis ) Nam post  
 donationem in extraneum collatam suscepit li-  
 beri eam revocant in solidum. Vide Cuj. ad d.  
 Novell.

Sive in unum ex eis ) l. i. hoc tit.

**I**d tantum rescindit ) Symmachus libro x.  
 epistolarum xxxii. Tunc è diverso veniens ex  
 Placidiani V. c. nomine, qui pater adultæ fuit  
 immodicarum donationum causa manasse respon-  
 dit: supplementum unciarum ab herede Placi-  
 diae, cui soror Martiana successit, asservit pos-  
 tulari.

**A**ut semis legitimæ portionis ) Hoc falsum  
 puto, error translatius, cuius auctor Accur-

sius in Authent. novissima, tit. super. P. Fab.

Et liberalitatis coērcendæ ) Vide quę diximus ad caput vii. Institutionis primæ.

Eventus absque consilio sufficit ) Donatio in fraudem liberorum facta est re non consilio, ut heic Odofredus & Fulgosius: nec enim filius aut nepos in rebus humanis erat.

Quę obtainent etiam in quer. inoff. test ) I si quis filium 34. in fine, l. parentibus 8. tit. prox. sup. §. tam autem, Instit. de inoffic. testam.

Querelam inoff. venditionis ) Vide Ioannem Fabrum ad l.i. num.3. & Raphaëlem Fulgosium num. 8.

### XXX. De inofficiosis dotibus.

**I**n donationes etiam dores connumerantur, l. cum multę, inf de don. an. nup. & ideo quod de donationibus inofficiosis dictum est, merito trahitur ad dores inofficiosas à matre marito primo vel secundo datas, quę dordantem excedunt, aut consumunt omnia bona materna, ita ut liberis salva Falcidia non sit. i. debita portio. Ceterum nolim hodie legem hujus tituli accipi de muliere, quę iterum nubis habens liberos ex prioribus nuptiis, quia hosce liberos constat ipso jure munitos esse, nec jure plus eam secundo marito erogare posse dotis nomine, vel alio nomine quam uni ex liberis prioris matremonii, l. hac edicta li, inf. de sec. nup. Sed accipi potest de ea, quę nunc primum nupsit cum haberet liberos naturales, vel quę iterum nupsit nullos habens liberos ex priore matrimonio, sed naturales tantum, quibus certum est bonorum maternorum de-

beri Falcidiam non minus quam justis, l. si suspecta §. i. D. de inoff. test. Erat quidem lex tituli hujus etiam de liberis prioris matrimonii, sed in his ut dixi hodie supervacua est.

### X X X. Enarratio.

**I**D est, debita portio ) l. Papinianus 8. §. unde, D. de inoff. testam.

Sed naturales tantum ) Hoc accepit à Græcis Basilic. libro xli. tit. iv. cap. ult quod tam & Bartolo venit in mentem ex l. si suspec. ut heic etiam refert Fulgosius. Addunt Græci huic constitutioni non esse locum, si mater pro filia dotem dederit. Vide Glossam & Ioannem Fabrum heic.

### X X X I. De petitione hereditatis.

V. tit 3. lib. 5. D.

**N**on caret ratione quod priusquam proponeret generalem petitionem hereditatis, proposuit specialem de inofficio testamento: nec enim idem jus est utriusque Generalis datur adversus possessorem juris, vel rei hereditariæ, nec heredem justum, sive sciat se non esse heredem, sive falso existimet se heredem esse. De inofficio testamento datur adversus heredem verum & legitimum, qui ex testamento justo hereditatem, adiit, & adversus filium præteritum, qui accepit cum re bonam possessionem contra tabulas, l. filium, D. de bon. post. con. tab. & contra fideicommissarium Trebellianum, l. i. sup. de inoff test. Et

vbi ex alia causa petitione hereditatis teneri dicitur heres scriptus, aut fideicommissarius Trebellianus, ut l. etiam §. idem dicendum & seqq l. item veniunt §. licet, D. eod id tunc duntaxat locum habet cum fideicommissum, aut hereditas eis relictæ est injusto, aut inutili testamento. Et rursus quod dicitur, emptorem hereditatis teneri utili petitione hereditatis d. l. etiam §. i. qui scilicet emit ab eo, qui hereditatem pro herede possidebat, hoc non habet locum, nisi deficiente venditore cum quo agi possit, & eo deficiente in emptorem quasi in heredem ejus datur in subsidium petitio hereditatis, ut l. Neratius, l. etiam in pr. & §. heredem D. eod. Sunt & aliæ differentiæ inter petitionem hereditatis generalem, & illam specialem. Petitio hereditatis de inofficio testamento non tam rem persequitur, quam etiam vindictam injuriæ sive notæ exhereditationis, & agit causam doloris. quod nomen querelæ etiam demonstrat. Generalis est patrimonii, sive rei vindicatio. quapropter de inofficio testamento filii nomine non agit pater invito filio, cuius injuria & indignatio est l. Pap. in pr. D. de inoff. test. qui ex alia causa ageret, & peteret hereditatem etiam invito filio. Et præterea querela inofficiosi testamenti tacita dissimulatione aboletur, sicut actio injuriarum, l. i. supra de in int. rest min. & silentio quinquennii, l. si quis filium in fi. supra de inoff test l. 2. C. Theod. de apostat. non etiam alia petitio hereditatis, l. 7. hoc titulo l. pen. infra in quibus cau. cess. lon. tem præs. que & in hereditatem actio dicitur l. pater in fi. D. de cap. & post l. reu. ut sequens in rem a-

ctio. De his quæ veniunt in petitionem hereditatis est S. C. diligenter explicatum in Digestis, quod Græci vocant Adrianum S. C. in l. quod si possessor & l. sed & si lege §. pen. D. eod. quia factum fuit ex auctoritate Adriani Imp. l. i. hoc tit.

### XXXI. Enarratio.

**A**dversus possessorum juris) Qui quasi possidet, l. regulariter 9. D. de petit. hered. l. ult. in fi. D. si pars heredit. petat.

Vel rei hereditariæ ) l. 49. & 10. D. eod.

Nec heredem justum ] aduersus eum qui pro herede, vel pro possesso possidet, l. 7. hoc titulo.

Sive sciat se non esse heredem ) l. pro herede  
11. D. eod.

Agit causam doloris) Ut ait Novella Valentini de libert. & success. eor.

Sicut actio injuriarum ) l. non solum 11. §. 1.  
D. de injur. Vide librum xvii. Observat. cap.  
xvii.

Ex auctoritate Adriani ) Ut apud Ulpianum  
tit. 111. ex Senatusconsulto, quod auctore D.  
Adriano factum est, & in l. libertas §. infra de  
excusat. l. pen. infra de magistratibus conven.  
Vetus inscriptio: Ex SENATUSCONSULTO  
ET EX AUCTORITATE CAESARIS  
D.D.

## XXXII. De rei vindicatione.

V. tit. 1. lib. 6. ff.

**R**es non est in hoc titulo hereditas, sed species certa. Titulus ergo de petitione speciali, qua quis speciem corpusve certum suum esse adserit hoc fere modo. Fundus Tusculanus, qui est in agro qui Sabinus vocatur, meus est. nam fundi nomen & quo loci sit, dicere oportet, l. si in rem in fi. D. eod. vel hoc modo. Hanc ego rem ex jure Quiritium meam esse aio. Lis est de dominio certæ rei, sive lis dominii, petitio dominii. Superior est de ea, qua quis se universi juris defuncti successorem esse contendit. Est autem hoc solemne vindicationibus, ut vindicias dicat judex ab eo qui rem possidet præstata satisfatione, vel etiam non præstata, si petitor satisfare noluerit, ut patet ex libro 1. Sen. Pauli tit. xi. vel ex causa res sequestro deponatur, l. 7. §. ult. D. qui satisd. cog. Vindicias possessionem appello, ut T. Livius modo vindicias, modo possessionem, & in antiquis legibus: Decernito, ut ei possessionem secundo eum heredemve ejus det, quoi sortito is ager datus adsignatusve fuerit. Et videtur nomen deductum à vi quadam civili, ut Gellius explicat xx. quæ verbo dicebatur correpta manu invicem vindicantis, & contra vindicantis, ex quo ita legendum videtur apud Festum. Vindiciae appellantur res ex de quibus controversia est, quod potius dicitur vis, quæ fit inter eos qui contendunt, & apud Gellium quoque ita legendum: manum conserere est,

de qua re disceptabatur in re præsenti, sive ager,  
sive quid aliud est, cum adversarium manu  
prenderit in ea re civilibus verbis vindicare.  
Vindicia, i. correptio manus in re, atque in  
loco præsenti apud prætorem ex XII. tab. fie-  
bat. Ergo ut ad rem redeam, initio litis posses-  
sio statim non transfertur in petitorem, excep-  
tis duobus casibus, si possessor nolit satisfare,  
& petitor satisfare paratus sit: si reus à petitore  
eam rem, qua de agitur, vi possederit, quæ  
fuit olim etiam Zelenui lex, ut Polybius scribit  
XII. δεῦ κρατήν τὸν αὐτοῖς οὐ πένοντας τῆς κρίσεως  
παρ' οὐ τῶν ἀγωγῶν συμβαίνει γίγνεσθαι. At in libera-  
lib. causis ex XII. tabulis semper vindiciæ dan-  
tur secundum libertatem, sive is homo de quo  
agitur, in libertate, sive in servitute fuerit si-  
ne dolo malo, 1. lite, infra de lib. cau. 1. si cui  
§. licet, 1. ordinata, D. eod. 1. 2. §. initium,  
de orig. jur. 1. servum, §. 1. D. de procur. 1,  
is autem, D. ex quibus cau. maj. 1. 1. infra qui-  
da tut. & pendente liberali judicio pro libero  
habetur.

### XXXII. Enarratio.

**S**Uum esse adserit] Ut in 1. et si forte 6. §. e-  
stiam, D. si seruit. vindic. servitutem sibi ad-  
serere, ἐκδίκειν.

Ex jure Quiritium] Sic liberi qui sunt in  
potestate vindicantur, id est, adjecta causa ex  
jure Quiritium, 1. 1. §. 1. D. cod. recte agi-  
tur, οὐ τὸν περιθώνην, propter adjectionem, ut  
aiunt Græci: nam liberi mei quasi mei sunt ex  
jure Quiritium, non ex jure gentium, sicut servi.

Petitio dominii) Actio in rem proprie petitio  
est.

O ij

Vindicias possessionem appello ) Vide lib.  
vii. tit. i.

Et in antiquis legibus ] In l. Agraria.

Ut Gellius explicat ] cap. x.

Apud Festum ) In vindiciæ.

Vindiciæ appellantur ) Glossæ : *Vindiciæ* : *νινδικίαις αποφεύγεται πραγματα.*

Et apud Gellium ) d. cap. x. Vide editionem  
Gronovianam.

Si possessor nolit satisfare ] d. loco Pauli.

Pro libero habetur) Vide Observ. lib. xviii.  
cap. xxiii.

### **xxxii. De usufructu, & habitatione, & ministerio servorum.**

*Vide tit. 4. lib. 2. Instit. tit. i. & seqq.  
lib. 7. D.*

**P**Ost vindicationem rerum corporalium, da-  
tur vindicatio incorporalium, veluti servi-  
tutum, ex his aliæ personarum sunt, aliæ præ-  
diorum, l. i. D. de servit. vel, ut loquitur  
l. Caius, D. de ann. leg. aliæ in personam, aliæ  
in rem. De servitutibus prædiorum est titulus  
qui sequitur. Hic vero est de servitutibus per-  
sonarum. Nam per usumfructum, & habita-  
tionem prædia, vel mancipia, vel aliæ res per-  
sonis serviunt, l. dominus, D. eod. non rebus,  
itemque per ministerium, quo nomine signifi-  
cantur opere servorum alienorum. Et nihil qui-  
dem videntur habitatio, & ministerium ab u-  
sufructu distare, non aliud habitatio esse quam  
ususfructus ædium, non aliud ministerium  
quam ususfructus servi, lege 9. hoc titulo l. 3.

& 4. D. de opt. ser. Sed propria tamen quædam vis inest **inhabitationis** & ministerii verbo, quæ efficit, ne facile quis hæc jura si quæsierit, amittat, quæ si quæsisset nomine ususfructus, amitteret. **U**susfructus amittitur fructuarii morte & capitis minutione & **æxēnsia**, id est, non utendo tanto tempore quanto usucatio completur rei mobilis, aut immobilis. Ministerium autem servi quandiu is servus vivit, his modis non extinguitur. Habitatio quoque quandiu ædes salvæ permanent, & is cui habitatio relista, aut concessa est vivit, non amittitur capitis deminutione, uel non utendo, quia & si aliquatenus videatur is, cui habitatio aut ministerium servi concessum est usumfructum habere, fructuarius tamen non est, l. 2. D. de usufr. leg. & mors quidem ejus habitationem extinguit: quia jam habitari non potest ab eo in cuius facto habitatio consistebat, capitis deminutio, vel habitandi incuria non extinguit, quia habitationis nomen non tam respicit ad personam quæ habitat, quam ad rem ipsam, quæ inhabitatur, adeo ut habitatio sæpe accipiatur pro domo ipsa, l. cum antiquitas, hoc titulo, & satis sit ut consistat integrum habitandi jus ei cui datum est, si dominus habitari ab eo possit, licet non inhabetur Ministerium autem servi non extinguit negligentia, vel capitis deminutio, imo nec mors ejus cui ministerium debetur, quia in facto consistit factumve ministerii nomen significat ejus servi, qui hanc operam exhibet & quandiu servus vivit, tamdiu operæ debentur ei cui concessæ sunt heredive ejus. **U**susfructus in facto fructuarii consistit, l. i. D. quand. dics

usuf. & factum significat ejus personæ, cui jus utendi fruendi competit. Ideoque persona ea non utente tempore legitimo, vel etiam mortua, aut non manente in suo statu ususfructus interit. Ergo omni capitinis minutione quod jure veteri obtinuit. Ex l. pen. hujus tit. non interit minima capitinis deminutione meritò, quia sublatæ sunt legitimæ mancipationes.

### XXXIII. Enarratio.

**P**Er ministerium &c.] Theophilus in §. 3. de usu & hab interpretatur *τάνειαν*, & Basilica in l. 9. hoc tit. Glossæ: *τάνεια*, *ministerium*, *officium*, *obsequium*. Operas & ministerium conjungit Justinianus in d. §. 3.

Non utendo tanto tempore) Ususfructus rei mobilis triennio amittitur: rei immobilis decennio inter præsentes, & vicennio inter absentes, l. pen. & non utendo per modum, qui in constituendo usufructu dictus est, §. 3. Inst. de usufr.

Et mors quidem ejus habitation. ext.) l. habitatio II. hoc tit.

Capitis deminutio] l. legarum 10. D. de cap. min. l. si habitatio 10. D. de usu & habit.

Non extinguit negligentia) Inusus non extinguit, l. 2. D. de oper. serv. &. l. 2. D. de usu & usufr. leg.

Imo nec mors ejus cui minist. deb.) Is cui operæ legatæ sunt, moriens legatum ad heredem suum transmittit, d. l. 2. D.

Quia in facto consistit) In actu. l. 1. D. de oper. serv. cù πείρη, Basilica, *in facto*.

Legitimæ mancipat.) De quibus lib. 8. t. 48.

## xxxiv. De servitutibus &amp; de aqua.

V. tit. 3. lib. 2. Inst. tit. 1. & seqq. lib. 8. D.  
tit. 3. lib. 39. tit. 20. lib. 35.

**U**Susfructus, habitatio, ministerium jura sunt hominum, per quæ res liberis hominibus serviunt. Servitutes jura prædiorum, per quæ prædia prædiis serviunt. Illa cohærent personis, hæc prædiis urbanis vel rusticis. Vel ex attributo & subjecto secundum Celsum, sunt prædia qualiter se habentia, l. quid aliud, D. de verb. sig. l. qui fundum, D. quemad. ser. amit. ut Stoicis virtus est animus quodammodo se habens, animus spiritus quodammodo se habens. Virtus habitus animi, qui significatur illo articulo, quodammodo, vel qualiter. Servitus habitus prædii. Quod subjicit, & de aqua, non de aqua est simpliciter, ut in tit. Digestorum de aqua, de qua competit ex XII. tab. actio in personam aquæ pluviae arcendæ, sed de servitute aquæ ductus, vel aquæ haustus, de qua est actio in rem confessoria & negatoria. sicut de ceteris servitutibus personarum, aut prædiorum, l. 2. D. si serv. vind. Est autem in hoc tit. περὶ θυεσθέας: Namque sic meo judicio intelligi debet, de aqua & de aliis servitutibus, ut l. 3. aquæ ductus vel aliæ servitutes, & nos titulum Digestorum de rebus creditis si certum petatur, alias docuimus sic esse accipiendum, si certum petetur de rebus creditis. Ideo autem de aqua, veluti per eminentiam, quia nulla est servitus alia, de qua tot sint Constitutiones in hoc tit. ut de impuberum & aliis substitutioni

bus quod magna pars tituli sit de substitutione pupillari, & quod nulla ex omnibus rebus tantas habeat ad usum necessitates quantas aqua.

## xvxi v. Enarratio.

**J**ura sunt hominum ) l. quotiens 15. D. de servitut.

Servitutes jura pr. ) Ex Cujacii sententia, cum servitutes simpliciter dicimus, jura prædiorum intelligimus.

Illa cohærent personis ) l. 3. in fi. D. quibus modis ususfr. amitt. & l. si ususfructus 4. D. de novat.

Hæc prædiis urb. vel rust. ) Quibus debentur, §. 1. Institut de servitut.

Animus spiritus ] Seneca epistola L. *Quid enim aliud est animus, quam quodammodo se habens spiritus?*

Servitus habitus prædii ] Qualitas inhærens quasi habitus, servitus insita prædio.

Ex XII. tabulis ] l. 21. D. de statulib. l. 5. D. ne quid in lo. publ.

Et de aliis servitutibus ] Vel primo ponitur genus, deinde species, de servitute aquæ, ut hic Odofredus.

Alias docuimus ] In Paratitl. D. tit. de reb. credit.

## xxxv. De lege Aquilia.

V. tit. 3. lib. 4. Inst. tit. 2 lib. 9. D.

**P**otuit actio legis Aquiliæ lib. ix. jungi cum actione injuriarum, & de bonis raptis, sed

hoc loco posita est, quod competeret olim actio legis Aquiliæ ex secundo capite, si quis non imposita servitute ædibus vicini, & neglecta forma antiquorum ædificiorum, luminibus vicini officeret; quamobrem novo & extraordinario judicio quasi ex lege Aquilia damnatur apud Zonaram à Theophilo Imperatore Petronas, ita ut virgis cæso ademptæ ædes addicantur mulieri, quæ agebat de damno injuria dato. Item quod competeret si contra servitutem jure constitutam extructo ædificio, aliquis vicino damnum injuria daret, vel si injuria derivaret aquam alienam, vel si ædificio posito inutilem vicini faceret aream, quos casus proposuit titulo superiore, l. 1. 4. 5. 6. 14. & illum de derivatione aquæ repetit l. 2. h.t. & adjicit alium in l. ult. si non imposita servitute pecoris pascendi immiserit pecus in agrum alienum: nec enim defecit his casibus actio legis Aquiliæ, & communes igitur fuerunt tamen actioni in rem de servitutibus quam actioni legis Aquiliæ. Nec abs re igitur superiori tit. subiectus est titulus de l. Aquilia, i. de actione damni injuria, quæ ex l. Aquilia competit, quam puto in plerisque congruere cum actione damni injuria ex 12. tab. de qua l. quæcunque D. de obl. & act. l. 1. D. ad l. Aquil. & verbum rupsit, quod Festus interpretatur damnum dederit, & verbum sarcito, quod Festus interpretatur damnum præstato, solvito, ut l. 2. & 3. h. t. Sed ut quodam loco Macrobius ait, quæritur sæpe novæ legis auctoritas exolescente ineru legis antiquioris, ut de ipsis, inquit, 12. tab. factum est, quarum ubi contemni auctoritas cœpit, eadem illa, quæ illis legibus cavebantur, in aliorum laterum nomina transferunt.

## xxxv. Enarratio.

**E**X secundo capite ) Vide Cujacium Parat.  
D. eod.

Apud Zonaram ) Et Constantimum Manass.  
Nec enim defecit ) Quia suo corpore dam-  
num non dat , utilis Aquilia datur.

De actione damni injuria ) Vide Cujacium  
ad tit. de lege Aq.

Quod Festus interpretatur ) In v. rupfit.

Quod Festus interpret. pr. ) In v. sarcito.

Macrobius] Saturnal . ii 13.

## xxxvi. familio erciscundæ.

V. tit. 2. lib. 10. ff.

**V**Indicatio rerum singularum corporalium ,  
vel incorporalium est in rem , non in per-  
sonam i. mera realis. Petitio hereditatis mista  
in rem & in personam , l. 7. supra de pet. her.  
l. sed & si lege §. propenult. D. eod. Sunt &  
tria judicia Divisionis ex XII tab. quæ sequun-  
tur , in rem & in personam , Familiæ erciscun-  
dæ , Communi dividendo , Finium regundo-  
rum. Familiæ erciscundæ actio redditur inter  
coheredes sumpto à magistratibus arbitro de re-  
bus hereditariis dividundis. Familia enim res  
hereditarias significat , l. pronuntiatio , §. i.  
D. de ver. sig. non nomina , non hereditatem.  
Nam & nomina ipso jure divisa sunt inter cohe-  
redes ex XII. tab. lege 6. hoc titulo , & heredi-  
tas di vidi non potest , lege 8. D. de rei vindic.  
lege 4. D. Com. divid. nisi hereditas accipia-

tur pro rebus corporalibus quæ in hereditate continentur, ut l. 3. hoc titulo, & §. quædam, Instit. de act. familiæ erciscundæ actionem esse de hereditate dividenda, & can. nunquid 28. q. i. fratres habere erciscundæ hereditatis consortium. In Glossis veterum, Erciscundæ familiæ, διαμετέλειος οὐσίας. Ercitus διαγενεῖς ὑπάρχοντων, à quo inercta, indivisa apud Festum lego. Verum non de rebus tantum hereditariis dividendis hæc actio est, sed etiam de præstanda invicem indemnitate, quæ sunt actiones personales ut si unus ex coheredibus sumptus fecerit bona fide in rem hereditariam, vel si rem hereditariam absumpserit, deteriorem fecerit, vel si solus ex ea fructus perceperit, si eam sustulerit l. 3. & 19. hoc tit. l. item Labeo §. familiæ, D. eod. Illæ de rebus hereditariis dividendis, actiones reales sunt, quia uterque se heredem esse adserit, uterque hereditatem petit, alio tamen genere quam quo agitur petitione hereditatis: qui enim agit petitionem hereditatis, se heredem esse ait, adversarium heredem esse negat in judicio familiæ erciscundæ adversarium fatemur esse heredem, l. 1. §. & si possessor, D. si pars her. pet. l. fundus qui dotis §. si ego, D. eod. tit. sicut in communi dividendo adversarium esse socium, in finium regundorum adversarium esse adfincem.

### XXXV I. Enarratio.

**S**unt & tria judicia ) l. 1. D. cod.

Inter coheredes ) Apuleius ix. Metam.  
Nec erciscundæ familiæ, sed communi dividendo formula dimicabo. Judicia autem fa-

miliæ erciscundæ , & communi dividendo ideo instituta scribit Theophilus de action. §. 20. quia communio discordias solet excitare. Petrus Ravennas sermone clxii. *Hereditas mundana ante posteris infert iurgia , quam conferat censum : antequam dividat facultates scindit heredes antequam debitas tradat singulis portiones , successores ipsos dissidet , & mittit in partes.*

Sumpto à magistratibus arbitro ] In actione etiam finium regundorum tres arbitri sumuntur ex 12. tab. vide Cujacium Observat. libro v. ca. xxii. & inf. tit. xxxix. Coheredes igitur , vel ex conventione res hereditarias dividunt : & tunc fratres consortes pietatis officio fungi dicuntur in l. ult. D. eod. Qua in re notandum est , quod scribit Divus Augustinus in sermone de communi vita clericorum : *Ad ipsum sane , inquit , quia major est , pertinet divisio , & ad fratrem ejus electio.* Qua de re vide Cujacium ad l. 2. infra quando & puibus quipars debetur ex bon. decur. vel arbitrum à magistratibus sumunt.

Nomina ipso jure ] l. fundus qui dotis §. ult. Quintilianus declamatione cccxxxvi. *Patri tuo credidi , cuius ex parte dimidia heres es. An non possum à te petere semissim? petere utique possum.* Sic legendum videtur , nisi malis ita legere: *assim non possum , ut paulo ante : nunc quid petere à te summam potest? minime , ut opinor.*

Hereditas dividi non potest ] Sive , ut aiunt Græci , ἡ κληρονομία , ἡ γεω τὸ δίκαιον αὐτῆς οὐ διγένεται : hereditas , id est , jus ejus non dividitur.

Ut l. 3. hoc titulo) Et l. 2. l. 51. §. 1. D. eod.  
Ercitus ] Joseph Scaliger legit, ercitus citus  
quem vide.

Apud Festum ] Festus : *Increta, indivisa.*  
Legit igitur, *inereta, indivisa.*

Adversarium fatemur esse heredem ] l. qui  
familiae 37. D. eod. si Basilica sequamur. vide  
tamen Cujacium Observ. ix. 36.

Adversarium esse adfinem ] Ut in l. pen. D.  
fin. regund. Festus : *Adfines, in agris vicini.*  
Glossæ Philoxeni : *Adfinis, ἀγχτέρμων.*

### XXXVII. Communi dividendo.

V. tit. 3. lib. 10. D.

Communi dividendo actio redditur inter  
alios socios. Imo & inter coheredes, l. in-  
ter, D. fam. erc. l. quibus, D. pro soc. Sed ple-  
nior est actio fam. erciscundæ, quia in eam ve-  
niunt non tantum quæ erant in bonis, sed etiam  
quæ erant ex bonis mortis tempore, veluti res  
commodatæ, aut depositæ, d. l. inter in pr. &  
non est de una re, nec iterari potest, nisi ex ma-  
gna causa. communi dividendo de una re agi po-  
test, & subinde modo de hac, modo de illa, l. si  
filia §. familiæ, l. fundus mihi, D. fam. erc. l. 4.  
§. hoc judicium, D. eod. tit. Habet autem  
utraque mistam causam: Nam & actioni Com-  
muni dividendo ineft actio pro socio, & quæ-  
libet præstatio personalis, l. 4. §. sicut.

## XXXVII. Enarratio.

**I**mo & inter coher. ) Si extra causam hereditatis res communes habeant, ut aiunt Græci ad d. l. inter. Imo inter eos quoque, quibus hereditario jure communis res est, potest & communi dividendo agi, d. l. quibus.

## XXXVIII. Communia utriusque judicii tam familiæ erciscundæ quam communi dividendo.

**I**tem hoc habet utraque commune, ut bonæ fidei sit, l. 3. hoc tit. sicut petitio hereditatis. Ut per arbitrum aut ex conventu divisione facta teneatur alter alteri evictionis nomine præscriptis verbis quasi ex empto venditio, aut permutatione, quia divisio instar emptionis & permutationis obtinet. l. 1. hoc tit. etiam si de evictione pactum vel stipulatio non intervenierit, l. 14. sup. fam. erc. uno casu excepto, quo pactum vel stipulatio necessaria est, si sciens coheres, vel socius rem in ea causa esse ut evinci possit, adjudicatam sibi eam rem acceperit & possederit, l. 7. hoc tit. Item illud commune est utriusque judicii, ut à non jure dato arbitro facta divisio, ratihabitione, aut consensu sociorum confirmetur, l. 2. hoc tit. Utres, quam coheres vel socius emerit sibi ex communi pecunia, non fiat communis, l. 4. Ut instrumenta communia apud eum deponantur, quem præfes provinciæ elegerit, l. 5. Velim addi, vel arbiter ipse divisionis, l. 5. D. fam. erc secundum generalem definitionem l. 2. C. de ped. jud.

Nam & divisio bonorum hodie vel per arbitrum fit datum specialiter , vel per præsidem extra ordinem. Ut corpora quæ desierunt ciliæ communia fortè conventione sociorum , aut destinatione defuncti , neutro in judicio veniant , l. 9. quanquam quæ nunquam fuerunt communia venire constet in judiciis familiæ erciscundæ , ut dixi supra , veluti res depositæ , aut commodatæ defuncto. Sunt & communia utriusque judicio alia pleraque quæ non recentur in hoc titulo : **U**tramque esse duplicem , utramque perpetuam legitimam , quasi ex contractu , & alia quædam.

### XXXVIII. Enarratio.

**S**icut petitio hereditatis ) l. ult. in fi. sup. de petit. hered.

Ex conventu ) συμφῶνα.

Divisio instar emptionis ) Divisio , διαμερι- vim emptionis obtinet , Bas.

Et permutationis ) Et est actio præscriptis verbis : videntur enim partes hereditatis inter se commutare , Græci ad leg. 14. supra famil. ercisc.

Etiam si de evictione pactum ) J udex jubere debet , ut de evictione sibi invicem caveant. Si vero id omiserit , ipsi inter se super evictione convenire possunt. Græci ad d. l. 14. Sed etsi nihil convenerit , alter alteri evictionis nomine tenebitur.

Ut dixi supra ) Titulo xxxvii.

Utramque esse duplicem ) l. 10. D. fin. regund. l. 2. §. in familiæ , l. 44. §. qui familiæ , D. famil. ercisc. l. 2. §. i. D. comm. divid. l. 1. §.

ad hæc , C. de ann. except.

Legitimam ] Dictum supra tit. xxxvi.

Quasi ex contractu ] §. 3. & 4. Instit. de obligrat. qu. ex contr. Sed & alia ratione utraque duplex est, quia ex duobus constat, id est, rebus & præstationibus , l. 22. §. pen. D. famil. ercisc. l. 4. §. sicut , D. comm. divid.

## *XXXIX. Finium regundorum.*

*V. tit. I. lib. 10. D.*

**I**nter judicia divisionis pono etiam actionem de finibus , qui forte confusi , vel obscurati , vel occupati sunt dirigendis , dirimendis , determinandis inter adfines , quam veteres Galli interpretantur ( plet de bonnes ) actionem arbitrariam , ut rei vindicationem , non bonæ fidei , & dicere possim de finibus erciscundis , ut Apulejus in Metamorphosi , viæ erciscundæ . Nec ambigitur , quin sit mixta actio in rem & in personam . Est igitur quadriga ministerium actionum hæc , Petitio hereditatis , Familiæ erciscundæ , Communi dividendo , Finium regundorum , quas tamen omnes existimandum est plerunque magis esse in rem quam in personam , l. si quis cum , D. Comm. divid. l. furiosus , D. de obl. & act. l. principaliter esse in rem : nec enim sunt ex contractu , & hereditatem potissimum vindicant , vel id quod cuique competit in hereditate aut re communi , vel etiam fines , ut No. 69. Sed & rationem admittit actio finium regundorum ejus , quod ad finem adfini dare facere oportet , §. si finium Inst. de off. jud. l. 4. §. i. D. fin. reg. quæ actio

personalis est, & qua personales etiam ex actiones sunt, ideo neque usucatio . eis obstat, neque præscriptio longi temporis. i. x. aut xx. annorum: quæ tamen alio respectu, qua reales magis sunt, videretur objicienda, sed placuit exigi xxx. annorum spatum. Quia igitur actio finium regundorum datur si lis consistat intra pedes quinque) hic enim est finis finium / actio in rem si amplioris terræ controversia sit: hæc perimitur præscriptione longi temporis, illa non item, & quod ait l. pen. hujus tituli quinque pedum præscriptionem esse summotam, hoc est de quinque pedum controversia arbitros tres ex XII. / sicut in vindicationibus ex lege, si vindiciam falsam tulit) vel arbitros singulos ex lege Mamilia judicare non observata præscriptione longi temporis l. ult. Cod. Theod. cod. & ut additur in cod. Cod. hac sola præscriptione auctorem repellit: Si veteribus finem cum signis limes inclusus congruum erudita arte præstiterit, in concilio Spalensi II. Si veteribus signis limes præfixus monstraverit reo jus esse retentionis. Et signis ut poëta ait, signare campum: & Arcadius Augustus apud Gramaticos: Cum signis & sigillis terminos constituimus. Ex lege XII. & lege Mamilia non erat usucatio intra quinque pedes, quoniam hanc latitudinem iter ad culturas accendentium occupat, vel circumactus aratri, ut Aggenus Urbicus ait, & iter quidem ad eundum ambulandum i. servitus itineris cum prædio usucapi potest, iter ad culturas vel ut loquitur Varro, iter limitare usucapi non potest, sed neque longo tempore adquiri l. pen. & vlt.

## XXXIX. Enarratio.

**I**nter judicia divisionis ) τις ὁρθόστατος καὶ χωρίζειν τὴν τὴν γῆν τὸν τῆς πλευράς οὐκ εἰσιν : Terminū separant agros inter se confines , ut aiunt interpretes Hermogenis.

Inter adfines ) Homerus Iliade M.

Ἄλλοι δέ τοι μὲν φίλοις δύο αὐτέπε διαβασίαιον

Μέτρας δέ τοι τοῖς ἔχοντες ἐπιχώριας τοῖς αὐτοῖς.

Sed sicut de finibus duo contendunt

Mensuras in manibus tenentes communi in arvo.

Ut rei vindicationem ) l. qui restituere 68.  
D. de rei vind.

Quin sit mixta ) l. i. D. fin. reg. §. quæ actiones , de action.

Petitio hereditatis ) l. sed et si 25. §. petitio,  
D. de petit. hered.

Si lis consistat intra pedes q. ] Theodorus Hermopolites heic scribit , finium regundorum actionem dari , εἰ τὸς πέντε ποδῶν τοῦ συντηρούσας εἰ δὲ πλειονος γῆς τὴν in rem. Vide leg. si finalis , C. Theod. eod. tit.

Tres ex XII. &c. ] M. Tullius i. de LL. Quoniam usucaptionem XII. tabulae intra quinque pedes esse noluerunt , depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sineimus , nec Mamilia lege singuli , sed ex his tres arbitri fines regemus. Vide Observat. libr. v. cap. xxii.

Si vindiciam falsam tulit ) Festus in v. vindiciæ : Et in XII. Si vindiciam falsam tulit , . . . . Si velit is , arbitros , arbitros tres dato.

In concilio Spalensi II. ) C. II.

Ut Poëta ait) Virgilius Georg. i.  
Apud Gromaticos ] Varios autores de limitibus.

Aggenus Urbicus ] d. lib. de limitibus.

Vel ut loquitur Varro ] Lib. iv. de LL.

Longo tempore ) Vide Cujacium ad leg. 4.  
in fi. D. de usurpat. & usucap.

#### XL. De consortibus ejusdem litis.

IN Basilicis, οἱ γραμμῖς τῆς αὐτῆς δίκης )  
Quia ut rei, ita litis ejusdem est societas que-  
dam, quotiens ejusdem rei nomine plures a-  
gunt, aut conveniuntur, & consortes ejusdem  
litis quorum communis est res in judicium de-  
ducta, qui Eschylo σωδίης, cuius interpres:  
σωδίης λέγεται οἰς τοις μέντοις τῇ δίκῃ τῆς αγ-  
ρίας. alias Pindaro, σωδίης sunt testes illo  
loco, σωδίης δ' αὐτῷ ιολάου τύπεβο. Nobis  
Syndici actores sunt, vel defensores civitatum  
aliorumve corporum, l. placet, supra de E-  
piscopis & clericis, qui procuratorum partibus  
funguntur, lege 6. §. pen. D. quod cujusque  
uniu. Vel consortes ejusdem litis sunt socii in-  
ter quos communis est ea res, de qua litem si-  
mul omnes contestantur, vel unus eorum tan-  
tum. Sed si unus tantum litem contestatur suo  
nomine & pro parte sua, ex lege Constantini si  
agat repellri potest, præscriptione hujusmodi  
quod agat non adjuncta persona consortium,  
vel si conveniatur tueri se potest hac exceptio-  
ne: Quod habeat consortes, l. i. Cod. Theod.  
de dom. rei quæ pos. 5. & inde Sidonius A-  
pollinaris iv. Epist. Non est cur dicere in-  
cipias, habeo consortes, nec dum celebrata

divisio est, quod creditoribus malis dicitur bene. Sed hoc ante Constantiū non obtinuit. Nam & cum quo consortium ei collubisset actor præteritis aliis, vel si haberet actor consortes sine voluntate eorum pro parte sua experiri potuit. Et potest etiam hodie ex l. i. hujus tituli restituto in re antiquo, & sublata lege Constantini pro sua quisque parte & persona agere & respondere indistincte, sive unius fori sint consortes omnes, sive diversi, & sive litem jam omnes simul contestati sint, vel defunctus, cui heredes extiterunt, ut l. si petitor, & l. non idcirco, D. de jud. l. tutores §. pen. D. de admin. tut. sive nunc primum judicium dicet, vel accipiat unus eorum pro parte absentibus aliis, & male Accursius l. i. addit hæc verba, post litem contestatam ab aliis. Potest etiam communi nomine unus in solidum agere sine mandato consortium oblata satisfatione de rato, vel defendere oblata satisfat. judicatum solvi, l. 2. h. t. sive cæteri, qui modo absunt, litem contestati sint, sive solus ipse litem contestari velit: Nam hæc verba l. 2. Post litem legitime ordinatam, non significant litis contestationem. aliud enim est litem ordinare, aliud contestari. Ordinare est præparare & constituere personam actoris, & rei & judicis, ac se præmunire, l. Pap. §. i. & 2. D. de inoff. test. & quod ordinabatur in l. 20. D. de prob. id est, præparabatur in l. liberis §. ult. D. de lib. cau. & Festus, ordinato judicio partes litem contestari. Igitur sententia l. 2. hæc est, consortem cavere de rato, vel de judicato post litis ordinationem, & ante litis contestationem, ut l. Ponponius §. pen. D. de

procur. Non inficiar, & post litis contestationem cavere eum, si forte post litem ab omnibus, vel adversus omnes contestataim, alii abesse cœperint, & unus communī nomine rem persequi velit, arg. l. nihil, sup. de procurat. Ergo personis, quibus sine mandato agere licet, l. sed & ex personæ, D. codem, consors adjungi potest ex d. l. 2.

## X L. Enarratio.

**I**N Basilicis ) Libro xii. tit. iii.

**I**iv. Epistolarum ) Epistola xxiv.

Aliud enim est item ordin. al, cont. ) Vide Cujacium observat. libro xviii. cap. xxiii. & recitat. ad l. 20. de probat. libro XLIII. Digest. Salvii Juliani.

Et Festus ) In v. contestari.

## X L I. De noxalibus actionibus.

*Vide titulum quartum lib. 9. ff. & tit. 8.  
lib. 4. Instit.*

**N**Oxales actiones sunt in personam, non in rem, ex privatis delictis servorum, quæ commiserunt inscio, aut sciente & vetante domino, aut nequeunte vetare. Quibus non hoc agitur, ut dominus noxæ dedat. servum, sed ut damnetur damnum sarcire quod fecit servus, pœniamque præstare, l. 3. hoc titulo. Nam pœnales, & pecuniariæ actiones sunt, l. 10. §. quotiens, D. de comp. & eleganter l. 6. §. i. D. de re jud. solius noxæ deditioñis nullum iudicium esse, sed pecuiariam condemnationem

præcedere, noxæ deditioñem sequi. Denique ut ex edicto de his qui effuderint vel dejecerint, patet, alterius judicij adjectionem esse. Quod etiam exemplum sententiæ monstrat in titulo de off. jud. iv. Inst. P. Mævium L. Titio in decem aureos condemno, aut noxam dedere. Denique in condemnatione est litis æstimatio, in solutione deditio ex duodecim tab. videlicet antequam actum sit judicati, l. item veniunt §. idein recte, D. de pet. her. Nec tamen noxæ deditio etiamsi dominum liberet condemnatione, eo liberat quod ex delicto servi ad eum pervenit, l. pen. hoc titulo. Recte dixi, ex privatis delictis. Nam legibus judiciorum publicorum fere omnibus servi rei fieri possunt, l. hos accusare, §. omnibus, D. de accus. non legibus privatorum, quia cum servo nulla actio est. Recte, inscio, aut vetante domino. Nam si sciente nec vetante quod vetare potuit, vel jubente, vel opem & consilium dante domino, noxæ dedendæ facultatem non habet, & suo nomine tenetur in solidum, l. ult. Recte autem vindicationibus junguntur noxales actiones, quia actio ad exhibendum, quæ sequenti titulo proponitur, tam noxali judicio acturo datur, quam vindicaturo, l. 3. §. si quis noxali, D. ad exhib.

## XLI. Enarratio.

**I**Nscio, aut sciente, &c.] l: 2. 3. & 4. D. eod. l. 2. 3. & 4. hoc titulo, l. 1. §. i. D. si famil. furt. fec. dic.

Noxæ deditioñem sequi) Vide Cujac. Notas Instit. cod.

Aut noxam dedere ] Ut in §. I. Instit. de offic. jud. id est, ipsum corpus quod deliquit, & noxa igitur pro reo, ut Græcis βάραθρον, οὐρανόν, Ammonius. Vide Cujacium ad §. I. Instit. cod.

Fere omnibus ] Excepta l. Julia de vi privata, d. l. hos accusare.

## X L I I. Ad exhibendum.

*V. tit. 4. lib. 100. ff.*

**A**ctio igitur ad exhibendum, quæ & exhibitoria dicitur, datur tam propter noxales actiones, quam propter vindicationes, & est veluti præparatoria vindicationis, aut noxalis actionis, ut interdictum de liberis exhibendis est præparatorium interdicti de liberis deducendis, lege 3. §. I. D. de lib. exhib. si res mobilis sit, lege quod legatur, D. de jud. l. adversus, inf. de cri. exp. her. Exhibitionem enim sequitur vindicatio, quæ directa & principalis actio est, l. 3. §. ibidem, l. si quis hominem, D. eodem, nisi arbitrio judicis rem adversarius restituerit. Nam exhibendi verbum etiam restituendi significationem recipit, l. Julianus §. quantum, D. eodem & in l. pacto, sup. de pac. exhibendis, i. restituendis. Vel exhibitionem sequitur noxalis actio, & noxæ deditio vindicationem parit quasi domino ei cui servus noxæ deditus est, noxæ enim deditio mutatio dominii est. Dicitur autem actio ad exhibendum incerti actio, lege penult. D. depos. quia magis in id quod interest, quam in rem datur, & sane qui judici jubenti exhiberi non paret,

quod jussum arbitrium dicitur passim, & præceptum, l. 7. hoc tit. condemnatur in id quod interest, l. Jul. §. ult. D. cod. vindicatio certi actio est. Utraque arbitraria, atque etiam noxalis actio. Sic autem exhibitoria actio dicitur ad exhibendum, ut redhibitoria, ad redhibendum, l. 28. D. de ædil. ed.

## XLII. Enarratio.

**P**ropter noxales actiones ] l. 3. §. si quis, 'D. eodem.

Propter vindicationes ] l. 1. cod. & d. l. 3. §. est autem.

Si res mobilis sit ] Nam res immobiles satis se exhibent: & ideo Græci res immobiles vocant στίλαν φανερὰν, substantiam obscuram & nec manifestam, Lysias contra Dogitonem.

Nam exhibendi verbum etiam restit. &c. ] Itaque auctores Basilic. actionem ad exhibendum restitutoriam vocant, ἀπογεννητικὴν ἀγωγὴν, ad l. ult. hoc tit.

Noxæ enim deditio mutatio dom. est ] Per noxæ deditonem servi dominium à veteri domino in perpetuum recedit, §. 3. instit. de noxal. act.

Quia magis in id quod interest ] Cujus incerta quantitas est.

Utraque arbitraria ] Rei vindicatio arbitraria est, l. qui restituere 68. D. de rei vindic. & exhibitoria, l. 3. §. ibidem D. ad exhibend.

## XLIII. De aleæ lusu &amp; aleatoribus.

V. tit. 5. lib. II. D.

**S**equitur titulus, de aleæ lusu & aleatoribus. Secundum ordinem edicti perpetui, cuius rationem exposuimus in Digestis. Cæterum is quidem titulorum ordo hic observatur, sed non etiam rerum continua series. nec enim res ulla præcedit cum qua conferri hic titulus possit. Aleæ nomen omnem fortunæ lusum complectitur, nec dum talorum aut tesserarum jactarum è pyxide. i. fritillo vel phimo, quam pyxidem appellari opinor illo versu Juvenalis, Partos gladio vel pyxide nummos, neque rāmen omnis generis alea legibus prohibetur, excipit Justinianus prima Constitutione tituli hujus, ludos quinque, quod virtutis causa suscipiantur, ut l. 2. D. codicim, l. qua actione §. si in colluctatione, D. ad l. Aquil. μονόβολον, id est, singularis saltus, ἡγυπτιονόβολον, saltus conto suffultus, κανταύρος, κόνταξ χάροις τῆς πόλεως, jaculatio hastæ, pili vel conti sine cuspede, quæ Quintani jaculatio dicitur ab inventore, hodiéque Quintana vulgo. αξιχυτή, colluctatio, ιππανη, Troia, sive Pyrrichia, curriculum equorum, cui similes sunt κυρτζούδηαι & τάγραι, ludi explicati à Nicephoro Gregoro libro decimo. Cæteri interdicti sunt, non tantum si pecunia posita ludatur, sed et si quod maxime notandum est, positis lupinis, argento Comico, in vicem pecuniæ veræ postea per solvendæ victori, l. i. hujus tituli, l. 25. & l. ult. sup. de epis. aud. & est non leye crimen, si

quis vetita luserit alea , cuius odio multa singulariter recepta sunt , ut conditio quasi indebiti competit ei , qui vixtus alea sciens ultra solvit , id quod in alea omisit , vel eo cefante , in urbe præf. urbi, in municipiis patri, aut defensori civitatis , aut præsidi provinciæ , ut erogetur in opera publica. Fuit olim ejus rei in urbe cura ædilium. *Martialis.* Ædilem rogar uetus aleator. & alio loco : Nec timet ædilem mota spectare fritillo. & *Seneca* , loca ædilem metuentia , popinas , ubi plerunque luditur alea , & prostibula & fuit olim pœnalis actio in quadruplum , hodie in simplum , famosa, ut opinor. nam & aleatorum nomen infame quamobrem tesserarios se appellari malebant, ut latrones, πορειστας. Item receptum est, ut susceptoris aleatorum , qui aleatoribus ipsis longe nequior est , impune fiat furtum , & injuria , damnumque detur impune , & ut qui cogit ad ludum gravi multa coercentur , vel ducatur in latomias , aut vincula publica , l.i. & 2.D.eodem. Et ut conditionem ejus, quod alea lusum est , nulla præscriptio obstat , nisi annorum l. quod & l.i. hujus tituli fuisse cautum *Eustathius* auctor est lib. de temporibus. Et ut arcanæ popinæ in quibus alea luditur, publicentur , l. 2. hoc titulo , quæ etiam nominatim interdicit equorum ligneorum lusu , quasi scilicet magis in aleæ speciem , quam virtutis cadat. Et ut victori nulla sit petitio eius quod alea vicit , ut l. periculi D. de nau. fœn. & sane si retentionem non habet , & petitionem multo minus.

## XLIII. Enarratio.

**E**Pyxide, i. fritillo, vel phimo ) Vetus Ju-  
venalis Scholiaست ad versum quintum.  
Sat. xiv. *Fritillus, pyxis cornea, quæ simus  
dicitur Græce.*

Illo versu Juvenalis ) Sat. xiii. rectius , ta-  
men , ut videtur , idem Scholiaست : *Veneno* ,  
inquit vel gladio. Idem Juvenalis Sat. vi.

*At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ,  
Sed tamen & ferro.*

Lactantius III. 15. *Quos non aliter intueri de-  
cer , quam medicos , quorum tituli remedia ha-  
bent , pyxides venena.*

*Κοιτομονόβολον ] Aliud est κοιτοπαίκτης , cuius  
meminit Balsamo ad canon. I. Synodi vi. in  
Trullo : contiludium , contiludicum , de quo  
Julianus Imperator in ænigmate , εἰς κοιτοπαί-  
κτην : quod quia nondum ineditum est , non  
gravabor heic adscribere.*

*Ιουλιανὸς δυσσεβοῦς αἱ νιγρῷ εἰς τὸν κοιτοπαί-  
κτην.*

*Εἰ π δὲνδρῷ τῷ αὐτοῖς ρέσον ,  
Οὐ πίζα κὴ ζῆ κὴ λαλεῖ καρποῖς ἄμφε ,  
Ωρᾳ δὲ μιᾷ κὴ φυτεύεται ζένοις .*

*Καὶ καρπὸν αὐξεῖ , κὴ τευγάτην πίζοθεν .*

Ejus interpretationem eruditis relinquo. Hinc  
κοιτοπαίκτην cuius meminit Nicephorus Blem-  
midas in Epitome Logices capite tertio.

Troia sive Pyrricha ) Scholiaست Hephaes-  
tionis : ή καλουμένη πυρρίχη , ἐνοπλος ὅρχηπες ψόδε .  
Athenæus libro decimo quarto. πολεμική δὲ δο-  
γῆ εἴη η πυρρίχη , εὖ ὅπλοις γδ̄ αὐτῶν παιδες  
ὅρχυσσανται . Eustathius ad Iliad . Λωδὲ πολεμική

ὅρχνοις καὶ οὐ πίχν. Servius in v. Aeneidos: Ut ait Suetonius Tranquillus, lusus ipse quem vulgo Pyrricham appellant. Vide Suetonium Julii cap. xxxix. & Octav. c. xlii.

Kυρτζουδρα] Cujacius depravatam lectionem fecutus est, & interpres Joannis Cantacuzeni. Joannes Meursius in Glossario Græcobarbaro legit, καὶ τζουδρα. Cantacuzenus historiæ libro primo capite quadragesimo secundo, καὶ τῶν λεγεμάτων τζουσριανούς καὶ τερημάτων, forte legendum, τζουδραν.

Et τόεντε ) τερημάτων, Cantacuzenus loco citato. Aliis τορνεύσαται. Auctor Græcobabaros ineditus: καὶ απέντα εἰς τὰ τερημάτια τοῦ εἰσ τὰ τορνεύματα. torneamenta.

Argento comico ) Aurum comicum, Plautus Poen. Act. iii. Sc. ii.

Vetita luserit alea] Horatius Carminum libro tertio Ode vigesima quarta. seu malis vetita legibus alea.

Martialis ] Lib. i epigr. ult.

Et alio loco ] Lib. xiv. i.

Seneca ] De vita beata cap. viii.

In quadruplum ) Asconius Pedianus in divinationem: Quadruplatores ( ex quorumdam sententia ) eorum reorum accusatores, qui convicti quadrupli damnari soleant, ut aleæ.

Aleatorum nomen infame ) Apud Græcos. Theophrastus φει απονοίας : μηδεμίαν αἰχματικήν απονοίαν αποδοκιμάσει, αλλα χηρύττειν, μαχεῖτεν, κυνέειν, &c. ait, hominem perditum à nullo turpi artificio se abstinere, præconem esse, coquum esse, aleatorem esse. Inter artes quæ à Romanis etiam improbantur Cicero ponit ludum talarium, libro primo de Officiis.

Quamobrem tesserarios] Ammianus Marcellinus libro vigesimo octavo. *Quidam ex iis, licet rari, aleatorum vocabulum declinantes, ideoque se cupientes appellari tesserarios.*

Nisi annorum l.) Vide Cujac. lib. de temporibus cap. xxxii.

#### X L I V. De religiosis & sumptibus funerum.

*Vide tit. 7. lib. II. D.*

Possit hic titulus referri ad vindicationes, de quibus agitur in hoc libro, ut in eas intelligamus non cadere res religiosas. Pro certo constabat sacras, aut sanctas vindicari non posse quasi nostras. Non possunt etiam jure dominii, quasi nostræ vindicari res, aut loca religiosa, veluti monumenta aut sepulchra, in quæ mortuus illatus est, l. 4. hoc titulo, aut ambitus horum, vel qui his lapides adhaerent, non usucapi, non permutari, non pignerari, non vendi specialiter, nec nisi modica sint loca venditioni prædii accedunt, l. 5. D. de sep. viol. l. in modicis, D. de cont. emp. nec enim Mausolea accedunt. De sumptibus funerum, qui eos fecit, si alia ei actio non sit, et si ad eum non rediit res defuncti, datur ei actio funeralia similis actioni negotiorum gestorum, adversus heredem, aut bonorum possessorem, aut patrem ad quem præmortuæ filiæ dos rediit, & datur ante privilegia, l. pen. D. codem & agitur etiam extra ordinem eorum nomine, quæ quis pio functus officio consumpsit in morbum defuncti, l. 3. hoc titulo.

## XLIV. Enarratio.

**N**on vendi specialiter ) Obstat lex , si per imprudentiam 51. §. si quis locum, D. de evict. si Claudi Salm.interpretationem sequamur : nam locum ibi accipit pro monumento ad inscriptionem Herodis Attici. Omnino male : monumenta enim vendi non possunt. Species d. §. hæc est : Titius locum purum vendidit. Heres autem venditoris voluntate emptoris in eo sepultus est. actio de evictione intercidit , hoc enim casu emptor proprietatem amisit : quia religiosæ res in nullius dominio sunt. Nec est , cur queratur emptor , cum voluntate ejus venditor ibi sepultus sit.

Nec enim Mausolea acced. ) Isidorus Originum decimoquarto cap. xi. *Mausolea sunt sepulchra , seu monumenta Regum à Mausolea Rege Ægypti.*

Aut patrem ) vel maritum , si dotem lucretur , l. et si quis 14. §. ult. l. in eum 16. l. Neriatus 20. §. pen. & l. Celsus 22. D. eodem titulo apud Hebraeos hæc inter appendices recensentur , ut medicorum cura uxori à marito præstetur , si ægrotaverit : ut ab eo redimatur , si capta sit ab hostibus : ut sepeliatur ab eo ; si fuerit mortua , ut ex Maimonide refert Seldenus in libro de successionibus ad LL. Hebraeorum.

Quæ quis pio functus officio ) Sumptus in cadaver communi humanitatis jure & pietatis gratia facti , non repetuntur : quia tamen sine pietatis intentione nemo alienum cadaver funerat , Onosander Strategici capite tri-

gesimo sexto, στία μὴν γένεται απόκριτος οὐ πειχομένος εἰσέβεια. Judex despiciet, an quis in hoc fuerit pius, ut mortuum sepeliret, ne in sepultus jaceret, non etiam ut suo sumptu id faceret. Certe si testatus sit, quo animo ficeret, nullam quæstionem patietur, l. etsi quis 13. sed interdum, d. eodem titulo.

F I N I S.



## ADDENDA.

## TOMO I.

**P**ag. 20. lin. 32. in Natali D. Nicetas Ser-  
karum Epis. in catena in Matth. cap. xi.  
v. xi. εἰ γὰρ ψιλὸς ἀνθρώπος ἦν, οὐδὲ ὄμηται  
αὐτὸς εἰς τέχνην, αὐτὸς ξένον πρὸ τόκου πῇ παρεῖσθαι  
ἀπὸ οἰκυναικός αἴπλως, αὐτὸς εἰς παρθένα κυνθίσῃ.  
Non enim nudus εὑρετος solus homo erat, neq; huma-  
more genitus, sed mirabiliter quodam εἰς insolito  
conceptu, non ex muliere simpliciter, sed ex  
virgine editus.

Pag. 21. lin. 6. Deus & homo. vide sermo,  
nra D. Augustini de diversis lxi.

P. 31. lin. 23. Epist cxxxvii. & sermon xxxi.  
de divers. in exemplo libelli dati à Paulo sanc-  
to Augustino.

P. 33. lin. 8. ecclesiæ. S. Basilius apud Nicce-  
tam in catena in Matth. cap. v. vers. 42. παρεῖ-  
στοις τῶι εἰπεῖσθαι τῷ πλωχῷ εἰπεῖσθαι εἰπεῖσθαι : &  
paulo post: πῶι τῷ τῷ πλωχῷ οἱ κηρυκεῖς εἰπεῖσθαι

P. 72 lin. pen to. i. Gregorius Turon. Mirac.  
lib. i. cap. xix. Multos vidimus, qui vel in Ior-  
dane, vel in aquis Leuidæ urbis tinteti, &c: &  
cap. xxiv. ubi infans intinctus fuerit.

P. 74. lin. 17. à fide dcvii. Christi defugæ,  
Prudentio ἡσε σεφ. hym. i.

P. 77. lin. 14. de virginitate.

Kai τίμιον ) S. Hippolytus in libro de Anti-  
Christo : καὶ δεῖξεν αὐτοῖς τὸ τίμιον σάρπον : ostend-  
det ipsis , ( Judæis ) venerabilem crucem .

P. 190. lin. 10. *leges*. Varro v. de LL. orator  
dicitur agere causam.

P. 199. lin. 31. Divus Augustinus in serm.  
iv. de diversis : ut non sint suscepti nostri , sed  
advocati : & Quæst.

P. 221. lin. 24. fragilitate. Quintilianus de-  
clam. cccxxxvi. Circumscripsisti fratrem , nec dif-  
ficile fuit minorem .

P. 268. lin. 4. collat. l. 2. C. de jur. propt.  
cal. dan.

P. 330. lin. 5. Hermogenis.

dirigendis , &c. ] Boëtius in Topica Cic Re-  
gi fines dicuntur , quoties unusquisque ager pre-  
priis finibus terminatur .

F I N I S.



# TITULI LIBRORUM nove in Codicis, per literas.

## A

- D**E abigeis , lib. 9. tit. 37.  
**D**e abolitionibus , lib. 9. tit 42.  
**D**e acceptilationibus , l. 8. tit. 43.  
**D**e accusationibus & inscriptionibus , l. 9. t. 1.  
**D**e actionibus empti & venditi , l. 4. t. 49.  
**D**e actionibus hereditariis , l. 4. t. 16.  
**D**e actore à tutore, seu curatore dando, l. 5. t. 61.  
**A**d exhibendum , l. 3. tit. 42.  
**A**d legem Corneliam de falsis , l. 9. tit. 22.  
**A**d legem Corneliam de sicariis , l. 9. tit. 16.  
**A**d legem Falcidiam , l. 6. tit. 50.  
**A**d legem Fabiam de plagiariis , l. 9. tit. 20.  
**A**d legem Juliam de adulteriis & stupro, l. 9. t. 9.  
**A**d legem Juliam de ambitu , l. 9. tit. 26.  
**A**d leg. Jul. de vi publica seu privata , l. 9. t. 12.  
**A**d legem Juliam majestatis , l. 9. tit. 8.  
**A**d legem Juliam reputandarum , l. 9. t. 27.  
**A**d legem Viselliam , l. 9. tit. 21.  
**D**e admin. tut. & cur. & de pecun. pupill. fœneranda , vel deponenda , l. 5. tit. 37.  
**D**e adoptionibus , l. 8. tit .47.  
**D**e adquir. & retinenda possessione , l. 6. t. 32  
**A**d S. C. Macedonianum , l. 4. t. 28.  
**A**d S. C. Orphitianum , l. 6. t. 57.  
**A**d S. C. Tertullianum , l. 6. t. 56.  
**A**d S. C. Trebellianum , l. 9. t. 49.  
**A**d S. C. Turpilianum , l. 9. t. 45.  
**A**S. C. Velleianum , l. 4. t. 29.

## *Index titulorum.*

- De adsertione tollenda , l. 7. t. 17.  
De ad adsefforibus , domesticis , & cancellariis  
judicum , l. 1. t. 52.  
De advocatis diversorum judiciorum , l. 2. t. 7.  
De advocatis fisci , l. 2. t. 8.  
De ædificiis privatis , l. 8. t. 10.  
De ædilitiis actionibus , l. 4. t. 58.  
De æleæ lusu , & aleatoribus , l. 3. t. 43.  
De alendis liberis ac parentibus , l. 5. t. 25.  
De alien. judicij mutandi causa facta , l. 2. t. 54.  
De alimentis pupillo præstandis , l. 5. t. 50.  
De alluvionibus , & paludibus , & pascuis ad  
alium statum translatis , l. 7. t. 41.  
De annali except. Italici contractus tollenda ,  
& de divers. temp. & except. vel præscript.  
& interruptionib. l. 7. t. 40.  
De annonis & capitu administrantium , vel ad-  
sefforum , aliorūmve publicas solicitudines  
gerentium , vel eorum qui aliquam consecu-  
ti sunt dignitatem , l. 1. t. 52.  
An servus ex suo facto post manumissionem  
teneatur , l. 4. t. 14.  
De apostatis , l. 1. t. 7.  
De appellat. & consult. l. 7. t. 51.  
Arbitriū tutelæ , l. 5. t. 51.  
De auctoritate præstanda , l. 5. t. 59.

## B

- D**E bonis auctoritate judicis possidendis , seu  
venundandis & de separationib. l. 7. t. 72.  
De bon. eor. qui morte sibi cōsciverūt , l. 9. t. 50  
De bon. libertorum , & jure patronatus , l. 6. t. 4.  
De bon. maternis , & materni generis , l. 6. t. 60.  
De bon. proscript. seu damnatorum , l. 9. t. 49.  
De bonis , quæ liberis in potestate constitutis ,  
ex matrimonio , vel aliter adquiruntur , &c.

*Per Literas.*

- eorum administratione , l. 6. t. 16.  
De bonor. possess. contra tabulas liberti, quæ  
patronis , vel liberis eorum datur , l. 6. t. 13.  
De bon. possess. contra tabulas, quam pater li-  
beris pollicetur , l. 6. t. 12.  
De bon. possess. secundum tabulas , l. 6. t. 11.

C

- D**E caducis tollendis , lib. 6. t. 51.  
De calumniatoribus , l. 9. t. 46.  
De Carboniano edicto , l. 6. t. 17.  
De causis ex quibus infamia alicui non itro-  
gatur , l. 2. t. 11.  
• De codicillis , l. 6. t. 36.  
De collationibus , l. 6. t. 20.  
De collusione detegenda , l. 7. t. 20.  
De commerciis & mercatoribus , l. 4. t. 63.  
**C**ominationes , epistolas , programmatæ ,  
subscriptiones , auctoritatem rei judicatæ  
non habere , lib. 7. t. 57.  
**C**ommunia de legatis & fideicommissis , & de  
in rem missione tollenda , l. 6. t. 43.  
**C**ommunia de manumissionibus , l. 7. t. 15.  
**C**ommunia de successionibus , l. 6. t. 59.  
**C**ommunia de usucaptionibus , l. 7. t. 30.  
**C**ommunia utriusque judicii , tam familiæ er-  
cisc. quam communi dividendo , l. 2. t. 38.  
De commodato , l. 4. t. 23.  
De communium rerum alienatione , l. 4. t. 52.  
Communi dividendo , l. 3. t. 37.  
De communi servo manumisso , l. 7. t. 7.  
De compensationibus , l. 4. t. 31.  
De concubinis , l. 5. t. 26.  
De condictione ex lege , & sine causa , vel ia-  
justa causa , l. 4. t. 9.

## *Index Titulorum*

- De conditione furtiva , l. 4. t. 8.  
De conditioni indebiti , l. 4. t. 5.  
De condicione ob causam datorum , l. 4. t. 6.  
De condicione ob turpem causam , l. 4. t. 7.  
De conditionibus insertis tam legatis , quam  
fideicommissis & libertatibus , l. 6. t. 46.  
De confessis , lib. 7. t. 59.  
De confirmando tutori , l. 5. t. 29.  
De confortibus ejusdem litis , l. 8. t. 40.  
De constituta pecunia , l. 4. t. 18.  
De contract. judicum , vel eor. qui sunt circa  
eos , & inhib. donat. in eos faciendis , & ne  
administrationis tempore proprias ædes æ-  
dificent sine sanctione pragmatica , l. 1. t. 53.  
De contrahenda empt. & venditione , l. 4. t. 38  
De contrahenda & committenda stipulatione ,  
lib. 8. t. 37.  
De contrario judicio , l. 5. t. 58.  
Creditorem evict. pign. non debere , l. 8. t. 45.  
De crimine stellionatus , l. 9. t. 34.  
De crimine peculatus , l. 9. t. 28.  
De crimine sacrilegii , l. 9. t. 29.  
De crimine expilatæ hereditatis , l. 9. t. 52.  
De custodia reorum , l. 9. t. 4.  
De curatore furioso , vel prodigi , l. 5. t. 70

## D

- D**ebitorem venditionem pignorum impe-  
dire non posse , l. 8. t. 28  
De dedititia libertate tollenda , l. 7. t. 5.  
De defensoribus civitatum , l. 1. t. 55.  
Depositi , vel contra , l. 4. t. 34.  
De dilationibus , l. 3. t. 11.  
De distractione pignorum , l. 8. t. 27.  
De dividenda tutela , & pro qua parte quisque  
tutorum conveniarur , l. 5. t. 52.

*Per literas.*

- De diversis rescriptis & pragmaticis sanctionibus, l. 1. t. 23.  
Divortio facto, apud quem liberi morari, vel educari debeant. l. 5. t. 24.  
De dolo malo, l. 2. t. 28.  
De donationibus, l. 8. t. 5?.  
De donationibus ante nuptias, vel propter nuptias, & sponsalitiis, l. 5. t. 3.  
De donationibus inter virum & uxorem, & à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione, l. 5. t. 16.  
De donationib. quæ sub modo vel condit. vel ex certo tempore conficiuntur, l. 8. t. 54.  
De dote cauta & non numerata, l. 5. t. 15.  
De dotis promissione, vel nuda pollicitatione.  
lib. 5. t. II.  
De duob. reis stipulandi & promitendi. l. 8. t. 39

E

- D**E edendo lib. 2. t. 1.  
De edito D. Adriani tollendo, & quemadmodum scriptus heres in possessionem mittatur, l. 6. t. 3.  
De emancipationibus liberorum, l. 8. t. 48.  
De emendatione propinquorum, l. 9. t. 15.  
De emendatione servorum, l. 9. t. 14.  
De eo qui pro tutori negotia gessit, l. 5. t. 45.  
De Episcopali audientia, & de diversis capitulis, quæ ad jus curamque & reverentiam pontificalem pertinent, l. 1. t. 4.  
De Episcop. & cler. & orphanotrophiis & brephotrophiis, & prochotrophiis, & xenodochiis, & asceteriis, & monachis, & privilegiis eorum, & castrensi peculio, & de redimendis captivis: & de nuptiis clericorum veteris, seu per missis, l. 1. t. 3.

## *Index Titulorum*

- De errore advocatorum , vel libellos seu pre-  
ces concipientium , l. 2. t. 9.  
De errore calculi , l. 2. t. 5.  
Etiam ob chirographariam pecuniam pignus  
teneri l. 8. t. 26.  
Etiam per procuratorem causam in integrum  
restitutionis agi posse , l. 2. t. 48.  
De evictionibus , l. 8. t. 44.  
De eunuchis , l. 4. t. 42.  
De except. sive præscriptionib. l. 8. t. 35.  
De excusationib. & temporib. earum , l. 5. t. 62  
De excusationibus veteranorum , l. 5. t. 65.  
Ex delictis defunctorum , in quantum heredes  
conveniantur , l. 4. t. 17.  
De exhib. & transmittendis reis , l. 9. t. 3.  
De executione rei judicatæ , l. 7. t. 5.

### F

- D**E falsa causa adjecta legato , vel fidei  
coimmisso , l. 6. t. 44.  
De falsa moneta , l. 9. t. 24.  
Familiax erciscundæ , l. 3. t. 36.  
De famosis libellis , l. 9. t. 36.  
De feriis , l. 3. t. 12.  
De fideicommissariis libertatibus , l. 7. t. 4.  
De fideicommissis , l. 6. t. 42.  
De fide instrumentorum , & amissione eorum ,  
& de antapochis faciendis , & de his quæ sine  
scriptura fieri possunt , l. 4. t. 21.  
De fidejussoribus & mandatoribus , l. 8. t. 40  
De fidejussoribus minorum , l. 2. t. 23.  
De fidejussoribus tut. vel curat. l. 5. t. 57.  
De filiofamilias minore , l. 2. t. 32.  
Finium regundorum , l. 3. t. 39.  
De formulis & impetractionib. actionum sub-  
latis , l. 2. t. 57.  
De fructibus & litium expensis , l. 7. t. 51.

*Per literas.*

De fundo dotali , l. 5. t. 23.

De furtis & servo corrupto , l. 6. t. 2.

**G**

**D**E generali abolitione , l. 9. t. 43.

**H**

**D**E hereticis & Manichæis , & Samaritis ,  
lib. 1. tit. 5.

De heredibus instituendis , & quæ personæ he-  
redes institui non possunt , l. 6. t. 24.

De heredib. tutorum vel curatorum , l. 5. t. 54.

De hereditate vel actione vendita , l. 4. t. 39.

De hereditatib. decurionum, naviculariorum ,  
cohortaliū, militum, & fabricensiū , l. 6. t. 62.

De his, qui ad Ecclesias confugiunt, vel ibi ex-  
clamant , l. 1. t. 12.

De his, qui ad statuas confugiunt , l. 1. t. 25.

De his, qui à non dominis manumitt. l. 7. t. 10.

De his, qui ante apertas tabulas hereditatem  
transmittunt , l. 6. t. 32.

De his, quibus ut indignis hereditas aufertur ,  
& ad S. C. Silianum , l. 6. t. 35.

De his, qui in Ecclesiis manumittuntur , l. 1. t. 13

De his, qui in priorum creditorum locum suc-  
cedunt , l. 8. t. 18.

De his , qui latrones, vel aliis criminibus reos  
occultaverint , l. 9. t. 39.

De his , qui parentes , vel liberos occiderunt,  
l. 9. t. 17.

De his , qui potentiorum nomine titulos præ-  
diis adfigunt , vel eorum nomina in lite  
prætendunt , l. 2. t. 14.

De his, qui propter metum judicis non appell-  
laverunt , l. 7. t. 67.

De his, qui sibi adscribunt in testam. l. 9. t. 23.

De his, qui veniam ætatis impetraverunt , l. 2. t. 44

# *Index Titulorum*

## **I**

- D**e iis quæ pœnæ nomine in testam. vel codicillis relinquuntur , l. 6. t. 4.
- D**e iis quæ sub modo legata , vel fideicommis- sa relinquuntur , l. 6. t. 45.
- D**e iis quæ vi metusve causa gesta sunt , l. 2. t. 19.
- D**e iuniperum , & aliis substitut. l. 6. t. 26.
- D**e incertis personis , l. 6. t. 48.
- D**e incestis & inutilibus nuptiis , l. 5. t. 5.
- D**e indicta viduitate , & de lege Julia Miscel- la tollenda , l. 6. t. 40.
- D**e infantibus expositis, liberis & servis , & de iis qui sanguinolentos emptos , vel nutrien- dos acceperunt , l. 8. t. 51.
- D**e infirmandis pœnis cœlibatus , & orbitatis , & decimariis sublati , l. 8. t. 57.
- D**e ingenuis manumissis , l. 7. t. 14.
- D**e ingratis liberis , l. 8. t. 19.
- In** integrum restitutio*n*e postulata , ne quid novi fiat , l. 2. t. 49
- D**e in integrum restitutio*n*e minorum , l. 2. t. 21.
- D**e injuriis , l. 5. t. 35.
- D**e in jus vocando , l. 2. t. 2.
- D**e in litem dando tut. vel cur. l. 5. t. 53.
- D**e in litem jurando , l. 5. t. 53.
- D**e inofficiosis donationibus , l. 3. t. 29.
- D**e inofficiosis dotibus , l. 3. t. 30.
- D**e inofficio*s*o testamento , l. 3. t. 28.
- In** quibus causis tutorem habenti, tutor vel cu- rator dari potest , l. 5. t. 36.
- In** quibus causis cessat longi temporis præscri- ptio , l. 7. t. 34.
- In** quibus causis in integrum restitutio*n*e neces- saria non est , l. 2. t. 40.
- In** quibus causis militantes fori præscriptioni-

*Per litteras.*

- ne uti non possunt , l. 3. t. 25.  
In quibus causis pignus tacitè contrahatur , l.  
8. t. 14.  
De institoria & exercitoria actione , l. 4. t. 25.  
Inter alios acta , vel judicata aliis non nocere,  
l. 7. t. 60 .  
De interdictis , l. 8. t. 1.  
De interdicto matrimonio inter pupil. & tut.  
seu curatorem liberosque eorum , l. 5. t. 6.  
De institutionibus & substitutionibus , seu res-  
titutionibus , sub conditione factis , l. 6. t. 25.  
De inutilibus stipulationibus , l. 5. t. 25.  
De Judæis & Cœlicolis , l. 1. t. 9.  
De judiciis , l. 3. t. 1.  
De jure aureorum annullorum , & de natalibus  
restituendis , l. 6. t. 8.  
De jure deliberandi , & de adeunda , vel adqui-  
renda hereditate , l. 6. t. 30.  
De jure dominii impetrando , l. 6. t. 33.  
De jure dotium , l. 5. t. 12.  
De jure emphyteutico , l. 4. t. 66.  
De jure jurando propter calumniam dando , l. 2.  
t. 58.  
De jure liberorum , l. 8. t. 8.  
De jurisdictione omnium judicum , & de fore  
competenti , l. 3. t. 13.  
De juris & facti ignorantia , l. 1. t. 18.

*L*

- D**E Latina libertate tollenda , & per certos  
modos in civitatem Romanam trans-  
fusa , l. 7. t. 6.  
De legatis , l. 6. t. 37.  
De lege Aquilia , l. 3. t. 35.  
De lege Fusia Caninia tollenda , l. 7. t. 3.  
De legibus & constitutionibus principum &

# *Index Titulorum*

- edictis, l. i. t. 14.  
De legitima tutela, l. 5. t. 30.  
De legitimis heredibus, l. 6. t. 58.  
De legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab intestato venientibus, l. 6. tit. 54.  
De liberali causa, l. 7. t. 16.  
De liberis exhibendis, seu deducendis, & de libero homine exhibendo, l. 8. t. 8.  
De liberis præteritis, vel exheredatis, l. 6. t. 28.  
De libertis, & eorum liberis, l. 6. t. 7.  
De litigiosis, l. 8. t. 36.  
De litis contestatione, l. 3. t. 9.  
De locato & conducto, l. 4. t. 55.  
De longi temp. præscript. quæ pro libertate, & non adversus libertatem opponitur, l. 7. t. 22.  
De luitione pignoris, l. 8. t. 30.

## M

- De magistratibus convenientiendis, l. 5. t. 75.  
De magistratibus municipalibus, l. 1. t. 56.  
Mandati, vel contra, l. 4. t. 35.  
De mandatis principum, l. 1. t. 15.  
De maleficis, & mathematicis, & cæteris similibus, l. 9. t. 18.  
De modo multarum, quæ à judicibus infliguntur, l. 1. t. 54.  
De monopoliiis, & conventu negotiatorum illicito, vel artificum ergo laborumque, necnon balneatorum prohibitis illicitisque pactionibus, l. 4. t. 59.  
De mortis causa donationibus, l. 8. t. 56.  
De mulieribus, quæ se servis propriis junxerunt, l. 9. t. 11.  
De mutatione nominis, l. 9. t. 25.

**D**E naturalibus liberis , & matribus eorum , & ex quibus causis justi efficiantur , l. 5. t. 27.

**D**E nautico fœnore , l. 4. t. 33.

**D**E necessariis heredibus institueundis vel substituendis , l. 6. t. 27.

**N**e Christianum mancipium hæreticus vel Iudeus , vel paganus habeat , vel possideat , vel circumcidat , lib. 1. t. 10.

**N**e de statu defunctorum post quinquennium queratur , l. 7. t. 21.

**N**e fidejussores , vel mandatores dotium dentur , l. 5. t. 20.

**N**e filius pro patre , vel pater pro filio emancipato , vel libertus pro patrono conveniantur , l. 4. t. 13.

**N**e fiscus vel Respublica procurationem aliqui patrocinii causa in lite præster , l. 2. t. 17

**D**E negotiis gestis , l. 2. t. 8.

**N**e liceat in una eademque causa tertio provocare , vel post duas sententias judicium , quas definitio præfectorum prætorio roboraverit , eas retractare , l. 7. t. 70.

**N**e liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare , vel actiones in se transferre , l. 2. tit. 13.

**N**emini licere signum Salvatoris Christi humili , vel in silice , vel marmore sculpere , aut pingere , l. 1. t. 8.

**N**e quis in sua causa judicet , vel jus dicat , l. 3. t. 5.

**N**e rei dominicæ , vel templorum vindicatio temporis exceptione summoveatur , l. 7. t. 38.

**N**e pro dote mulcri bona mariti addicantur , l. 5. t. 22.

## *Index Titulorum*

- Ne sanctum baptisma iteretur , l. 1. t. 6.  
Ne sine jussu principis certis judicibus liceat  
confiscare , l. 9. t. 48.  
Ne tutor vel curator vectigalia conducat , l. 5.  
t. 41.  
Ne uxor pro marito , vel maritus pro uxore ,  
vel mater pro filio conveniatur , l. 2. t. 12.  
De Nili aggeribus non rumpendis , l. 9. t. 38.  
De non numerata pecunia , l. 4. t. 30.  
De notationibus & delegationibus , l. 8. t. 41.  
De noxalibus actionibus , l. 3. t. 11.  
De nudo jure Quiritium toll. l. 7. t. 25.  
De nundinis & mercatoribus , l. 4. t. 60.  
De nuptiis , l. 4. t. 4.

## O

- D**E obligationibus & actionibus , lib. 4.  
tit. 10.  
De obsequiis patronis præstandis , l. 6. t. 6.  
De offic. civilium judicum , l. 1. t. 44.  
De offic. Comitis Orientis , l. 1. t. 36.  
De offic. Comitis rerum privatarum , l. 1. t. 33.  
De offic. Comitis sacri patrimonii , l. 1. t. 14.  
De offic. Comitis sacrar. largitionum , l. 1. t. 32.  
De offic. diversorum judicum , l. 1. t. 8.  
De offic. ejus , qui vicem alicujus judicis obti-  
net , l. 1. t. 50.  
De offic. Juridici Alexandriæ , l. 1. t. 57.  
De offic. Magistri militum , l. 1. t. 29.  
De offic. Magistri officiorum , l. 1. t. 31.  
De offic. militarium judicum , lib. 1. t. 45.  
De offic. Præfecti annonæ , l. 1. t. 42.  
De offic. Præfecti Augustalis , l. 1. t. 37.  
De offic. Præfecti prætorio Africæ , & omni  
eiusdem diœcesos statu , l. 1. t. 27.  
De offic. Præfectorum prætorio Orientis & Il-

*Per litteras.*

- lyrāci , l. i. t. 26.  
de offic. Præfecti vigilum , l. i. t. 43.  
de offic. Præfecti urbi , l. i. t. 28.  
de offic. Prætoris , l. i. t. 39.  
de offic. Proconsul & Legati , l. i. t. 35.  
de offic. Quæstoris , l. i. t. 30.  
de offic. Rectoris provinciæ , l. i. t. 40.  
de offic. Trib. & Com. rei militaris, lib. i. t. 46.  
de offic. Vicarii , lib. i. t. 38.  
de operibus publicis , l. 8. t. 11.  
de operis libertorum , l. 6. t. 3.  
de ordine cognitionum , l. 7. t. 19.  
*De ordine judiciorum* , l. 3. t. 8.

P

- D**e pactis lib. 2. tit. 3.  
*De pactis conventis tam super dote quam  
super donatione ante nuptias, & parapher-  
nis* , lib. 5. tit. 14.  
*De pactis inter emptorem & venditorem com-  
positis* , lib. 4. tit. 54.  
*De pactis pignorum & de lege commissaria in  
pignoribus rescindenda* , l. 8. t. 34.  
*De paganis sacrificiis & templis* , l. i. t. 11.  
*De partu pignoris & omni causa* , l. 8. t. 34.  
*De patria potestate* , l. 8. tit. 46.  
*De partib. qui filios suos dixtraxerunt* , l. 4. t. 43.  
*De peculio ejus, qui libertatem meruit* , l. 7. t. 23.  
*De pedaneis judicibus* , lib. 3. t. 3.  
*De periculo & commodo rei venditæ* , l. 4. t. 48.  
*De périculo tutorum & curatorum* , l. 5. t. 38.  
*Per quas personas nobis adquiratur* , l. 4. t. 27.  
*De petitione hereditatis* , lib. 3. tit. 31.  
*De pignoribus & hypothecis* , l. 8. tit. 13.  
*De pigneratitia actione* , l. 4. tit. 24.  
*De plus petitionibus* , l. 3. t. 10.

## *Index Titulorum*

- Plus valere quod agitur , quām quod simulatē  
concipitur , l. 4. tit. 22.
- De pœna judicis qui male judicavit , vel ejus  
qui judicem vel adversarium corrumpere  
curavit , l. 7. tit. 49.
- De pœnis , l. 9. t. 47.
- De postumis heredibus instituendis , vel exhe-  
redandis , l. 6. tit. 29.
- De postliminio & redemptis ab host. l. 8. t. 50.
- De postulando , l. 2. tit. 6.
- De probationibus , l. 4. tit. 19.
- De prædiis , & aliis rebus minorum sine decreto  
non alienandis vel obligandis , lib. 5. tit. 71.
- De præscript. longi temp. lib. 7. tit. 44.
- De præscriptione triginta vel quadraginta an-  
norum , lib. 7. tit. 19.
- De prætorio pignore , & ut in actionib. etiam  
deditorum missio prætorii pig. procedat. l.  
8. tit. 21.
- De precario & Salviano interdicto , l. 8. t. 9.
- De precibus Imperatori offerendis , & de qui-  
bus rebus supplicare liceat , l. 1. t. 19.
- De privatis carceribus inhibendis , l. 9. tit. 5.
- De privilegio dotis , lib. 6. t. 74.
- De privilegio fisci , l. 7. t. 73.
- De procuratoribus , l. 2. t. 12.
- De prohibita sequestratione pecuniae , l. 4. t. 4.
- Pro quibus causis servi pro præmio accipiunt  
libertatem , l. 7. t. 13.
- Pro socio , lib. 4. t. 37.

## *Q*

- D**E quadriennii præscript. l. 7. t. 37.
- Quæ res exportari non debeant , l. 4. t. 41
- Quæ res pignori obligari possunt , vel non , &  
qualiter pignus contrahitur , l. 8. t. 16.

*Per literas.*

- Quæ res vñire non possunt , & quæ vendere  
vel emere vetantur , l. 4. t. 40.
- Quæ sit longa consuetudo , l. 8. t. 52.
- De quæstionibus , l. 9. t. 41.
- Quando civilis actio criminali præjudicet , &  
an utraque ab eodem exerceri possit , l. 9. t. 31
- Quando decreto opus non sit , l. 5. t. 72.
- Quando dies legati vel fideic. cedat , l. 6. t. 53.
- Quando ex facto tutoris vel curatoris minores  
agere vel conveniri possint , l. 5. t. 39.
- Quando fiscus vel privatus debitoris sui debtors  
exigere potest , l. 4. t. 15.
- Quando Imperator inter pupillos vel viduas ,  
vel miserabiles personas cognoscat , & ne  
exhibeantur , l. 3. t. 14.
- Quando liceat ab emptione discedere , l. 4. t. 45.
- Quando liceat unicuique sine judice vindicare  
se , vel publicam devotionem , l. 3. t. 27.
- Quando libellus Principi datus litis faciat con-  
testationem , l. 1. t. 27.
- Quando mulier tutelæ off. fungi possit , l. 5. t. 35.
- Quando non petentium partes petentibus ad-  
crescunt , l. 6. t. 10.
- Quando provocare non est necesse , l. 7. t. 64.
- Quando tutores vel curatores esse desin. l. 5. t. 60
- Quemadmodum testamenta aperiantur , inspi-  
ciantur , & describantur , l. 6. t. 32.
- Qui admittit ad bo. pos. & int quod tép. l. 6. t. 9.
- Qui accusare non possunt , l. 9. t. 1.
- Qui ætate , l. 5. t. 8.
- Qui bonis cedere possunt , l. 7. t. 71.
- Quibus ad libertatem proclaimare non licet , &  
rebus eorum qui ad libertatem proclaimare  
non prohibentur , l. 7. t. 18.
- Quibus ex causis majores in integrum resti-  
tuuntur

*Per litteras.*

tuuntur , l. 2. t. 3.

**Q**uibus res judicata non nocet , l. 7. t. 56.

**Q**ui legitimam personam in judiciis habent,  
vel non , l. 3. t. 6.

**Q**uibus non objiciatur longi temporis præ-  
criptio , l. 7. t. 35.

**Q**ui dare tutores vel curatores , & qui dari non  
possunt , l. 5. t. 34.

**Q**ui , & aduersus quos in integrum restitu non  
possunt , l. 2. t. 41.

**Q**ui manumittere non possunt , & ne in fraudem  
creditorum manumittantur , l. 7. t. II.

**Q**ui morbo , l. 5. t. 47.

**Q**ui non possunt ad libertatem pervenire , l. 7. t. 12.

**Q**ui numero liberorum se excusat , l. t. 66.

**Q**ui numero tutelarum , l. 5. t. 69.

**Q**ui petant tutores vel curatores , l. 5. t. 31.

**Q**ui potiores in pignore habeantur , l. 8. t. 17.

**Q**ui pro sua jurisdictione judices dare , darive  
possunt , l. 3. t. 4.

**Q**ui testamenta facere possunt vel non , l. 6. t. 22.

**Q**uod cum eo qui in alieno potestate est , nego-  
tium gestum esse dicetur , vel peculio sive quod  
jussu , aut de in rem verso , l. 4. t. 26.

**Q**uorum appellations non recipiuntur , l. 7. t. 65.

**Q**uorum bonorum , l. 8. t. 2.

**Q**uorum legatorum , l. 8. t. 3.

**Q**uomodo & quando judex sententiam profer-  
re debeat presentibus partibus , vel una ab-  
sente , l. 7. t. 43.

*R*

**D**e raptu virginum , vel viduarum , vel san-  
ctimonialium , l. 9. t. 13.

**D**e ratiociniis operum publicorum , & de pa-  
tribus civitatum , l. 8. t. 12.

# *Index Titulorum*

- D**e rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alicnatione, vel hypotheca, l. 4. t. 51.  
**D**e rebus creditis, & de jure jurando, l. 4.t.1.  
de receptis arbitris , l. 2. t. 55.  
**D**e re judicata , l. 7. t. 32.  
**D**e rei uxoriæ in ex stipulatu actionem trans-fusa, & de natura dotibus præstita , l.5.t.3.  
**D**e relationibus , l. 7.t. 61.  
**D**e religiosis, & sumptibus funetum , l. 3. t. 14.  
Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienationem , l. 4. t. 53.  
**D**e remissione pignoris , l. 8. t. 25.  
**D**e repudiainda bonorum possessione, l. 6. t. 19.  
**D**e repudiada vel abstinenda hereditate,l.6.t.13  
**D**e repudiis, & judicio de moribus subl. l. 5.t.1.  
**D**e reputationibus , quæ fiunt in judicio in integrum restitutionis , l. 2. tit. 47.  
**D**e requirendis reis , l. 9. t. 40.  
**D**e rerum amotarum , l. 5. t. 21.  
**D**e rerum permutatione, & præscriptis verbis actione , l. 4. t. 64.  
**D**e rescindenda venditione , l. 4. t. 44.  
**D**e restitutionibus militum, & corum qui reip. causa absunt , l. 2. t. 50.  
**D**e revocandis donationibus , l. 8. t. 55.  
**D**e revoc. iis quæ in fraudem alienata sunt ; l. 5. t. 75.

## S

- D**E sacrosanctis Ecclesiis , & de rebus , & privilegiis earum , l. 1. t. 2.  
De satisdando , l. 2. t. 56.  
**D**e secundis nuptiis , l. 5. t. 9.  
**D**e seditionis, & de his qui audent plebem con-tra quietem publicam colligere , l. 9. t. 30.  
**D**e S. C. Claudio tollendo , l. 7. t. 24.

*Per litteras.*

- De S. C. Trebelliano , l. 6. t. 48.  
De Senatusconsultis , l. 1. t. 6.  
De sententia, quæ sine certa quantitate prolatæ  
est , l. 7. t. 46.  
De sententiæ passis & restitutis , l. 9. t. 51.  
Sententiæ rescindi non posse , l. 7. t. 50.  
De sententiis & interlocutionibus omnium ju-  
dicium , l. 7. t. 45.  
De sententiis ex periculo recitandis , l. 7. t. 44.  
De sententia Præfecti prætorio , l. 7. t. 42.  
De sententiis quæ pro eo quod interest, profe-  
runtur , l. 9. t. 47.  
De sepulchro violato , l. 9. t. 9.  
De servis fugitivis , & libertis, mancipiisque  
civitatum artificib. & ad diversa opera de-  
putatis, & ad rem privatam vel dominicam  
pertin. l. 6. t. 1.  
De servis reip. manumittendis , l. 7. t. 9.  
De servitutibus , & de aqua. l. 3. t. 34.  
De servo pignori dato manumisso , l. 7. t. 8.  
Si adversus creditorem , l. 2. t. 37.  
Si adversus debitorem , l. 7. t. 36.  
Si adversus delictum suum , l. 2. t. 34.  
Si adversus donationem , l. 2. t. 29.  
Si adversus fiscum , lib. 2. t. 36.  
Si adversus libertatem , l. 2. t. 30.  
Si adversus dorem , l. 2. t. 3.  
Si adversus rem judicatam , l. 2. t. 26.  
Si adversus solutionem à debitore, vel à se fac-  
tam , l. 2. t. 32.  
Si adversus transactionem vel divisionem mi-  
nor restitui velit , l. 2. t. 31.  
Si adversus venditionem , l. 2. t. 31.  
Si adversus venditionem pignorum , l. 2. t. 28.

## Index Titulorum

- Si adversus usucaptionem , l. 2. t. 35.  
Si aliena res pignori data sit , l. 8. t. 15.  
Si à non competenti judice judicatum esse dicatur , l. 7. t. 48.  
Si antiquior creditor pignus viderit , l. 8. t. 19.  
Si certum petatur , l. 4. t. 2.  
Si communis res pignori data sit l. 8. t. 20.  
Si contra matris voluntatem tutor datus sit , l. 5. t. 47.  
Si contra jus , vel utilitatem publicam , vel per mendacium fuerit aliquid postulatum , vel impetratum , l. 1. t. 22.  
Si dos constante matrimonio soluta fuerit .l. 5. t. 19.  
Si de momentaria possessione fuerit appellatum , l. 7. t. 69.  
Si ex falsis instrumentis vel testimoniosis judicatum erit , l. 7. t. 58.  
Si ex pluribus tutoribus , vel curatoribus omnes , vel unus agere pro minore , vel conveniri possunt , l. 5. t. 40.  
Si falsis allegationibus excusatus sit , l. 5. t. 63.  
Si in causa judicari pignus captum sit , l. 8. t. 22.  
Si in communi eademque causa in integrum restitutio postulatur , l. 2. t. 25.  
Si in fraude patroni à libertis alienatio facta est , l. 6. t. 5.  
Si major factus ratum habuerit , l. 2. t. 45.  
Si major factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit , l. 5. t. 74.  
Si mancipium fuerit alienatum , ut manumittatur vel contra , l. 4. t. 57.  
Si mancip. ita venierit , ne prostituatur , l. 4. t. 56.  
Si mater indemnitatem promiserit , l. 5. t. 46.  
Si minor se majorem dixerit vel probatus fuerit , l. 2. t. 42.

*Per litteras.*

- Sine censu vel reliquis fundum comparati non posse. l. 4. t. 47.  
Si nuptiae ex rescripto petantur. l. 5. t. 8.  
Si omissa sit causa testamenti. l. 6. t. 39.  
De partu pignoris, & omni causa l. 8. t. 25.  
Si pendente appellatione mors interu. l. 7. t. 66.  
Si per vim vel alio modo absentis possessio perturbata sit. l. 8. t. 5.  
Si plures una sententia condénatí sint l. 7. t. 55.  
Si pignoris conventionem numeratio secuta non sit l. 8. t. 32.  
Si pignus pignori datum sit. l. 8. t. 23.  
Si propter publicas pensitationes venditio fuerit celebrata l. 4. t. 6.  
Si quacunq; præditus potestate, vel ad eū pertinentes, ad suppositorum jurisdictioni suæ aspirare tentaverint nuptias l. 5. t. 7.  
Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit l. 6. t. 34.  
Si quis alteri vel sibi sub alterius nomine vel aliena pecunia emerit l. 4. t. 50.  
Si quis eam cuius tut. fuerit, corrupserit l. 9. t. 10.  
Si quis ignorans rem minoris esse, sine decreto comparaverit l. 5. t. 73.  
Si quis Imperatori maledixerit l. 9. t. 7.  
Si rector provinciæ vel ad eum pertinentes sponsalia dederint l. 5. t. 2.  
Si reus vel accusator mortuus fuerit l. 9. t. 6.  
Si sepius in integrum restitutio postul. l. 9. t. 36.  
Si secundo nupserit mulier, cui maritus usque fructum reliquerit l. 5. t. 10.  
Si servus exportandus vñeat. l. 4. t. 5.  
Si servus extero se emi mandaverit l. 4. t. 36.  
Si tutor non gesserit l. 5. t. 55.  
Si tut. vel cur. Reip. causa aberit. l. 5. t. 55.

# *Index Titulorum*

- Si tutor vel curator intervenerit l. 2. t. 24.  
Si vendito pignore agatur l. 8. t. 29,  
Si unus ex pluribus appellaverit l. 7. t. 68.  
Si unus ex pluribus heredibus creditori vel de-  
bitoris parcem suam debiti solverit, vel ac-  
ceperit l. 8. t. 31.  
Si ut se hereditate abstineat l. 2. t. 38.  
Si ut omissam hereditatem, vel bonor. posses-  
sionem, vel quid aliud adquirat l. 2. t. 39.  
De solutionibus & liberationibus l. 8. t. 42.  
Soluto matrimonio quemadmodum dos peta-  
tur l. 5. t. 18.  
De sponsalibus & arrhis sponsalitiis, & proxe-  
neticis l. 5. t. 1.  
De sportulis & sumptibus in diversis judiciis  
faciendis, & de executoribus litium l. 3. t. 3.  
De statuis & imaginibus l. 1. t. 24.  
De successorio edicto l. 6. t. 16.  
De suffragio l. 4. t. 3.  
De suis & legitimis liberis, & ex filia nepoti-  
bus ab intestato venientibus l. 6. t. 55.  
De summa Trinitate, & fide Catholica, & ut  
nemo de ea publicè contendere audeat l. 1. t. 1.  
De suspectis tutoribus vel curatoribus l. 5. t. 43.

## T

- D**e tabulis exhibendis l. 8. t. 7.  
De temporibus & reparationibus appel-  
lationum seu consultationum l. v. t. 63.  
De temporibus in integrum restitutionis, tam  
minorum & aliarum personarum quæ resti-  
tui possunt, quam herendum eorum l. 2. t. 52.  
De testamentaria manumissione l. 2. t. 2.  
De testamentaria tutela l. 5. t. 28.  
De testamentis, & quemadmodum testamenta  
ordinantur l. 6. t. 23.

*Per litteras.*

- De testamento militis l. 6. t. 21.  
De testibus l. 4. t. 20.  
De transactionibus , l. 2. t. 4.  
De tut. vel cur. qui satis non dedit l. 5. t. 41.  
De tutoribus & curatoribus illustrium vel clari-  
ssimarum personarum l. 5. t. 3.

V

- U**bi, & apud quem cognitio in integrum re-  
stitutionis agitanda sit. l. 2. t. 46.  
**U**bi causæ fiscales, vel divinæ domus , homi-  
numque ejus agantur l. 3. t. 26.  
**U**bi causa status agi debeat l. 3. t. 22.  
**U**bi conveniatur , qui certo loco dare promi-  
sit l. 3. t. 18.  
**U**bi de criminibus agi oportet l. 1. t. 5.  
**U**bi de hereditate agitur , & ubi heredes scrip-  
ti in possessionem mitti postulare debeant  
l. 3. t. 20.  
**U**bi de possessione agi oportet , l. 3. t. 16.  
**U**bi de ratiociniis tam publicis quam privatis,  
agi oportet l. 3. t. 21.  
**U**bi fideicommisum peti oportet l. 3. t. 17.  
**U**bi in rem actio exerceri debeat l. 3. t. 19.  
**U**bi petantur tutores vel curatores l. 3. t. 32.  
**U**bi pupilli educari debeant l. 5. t. 49.  
**U**bi quis curiali , vel cohortali , aliave condi-  
tione conveniatur , l. 3. t. 23.  
**U**bi Senatores vel clarissimi civiliter, vel cri-  
minaliter conveniantur , l. 3. t. 24.  
Vectigalia nova institui non posse , l. 4. t. 62.  
De verborum & rerum significatione, l. 6. t. 18  
De veteri jure enucleando , & de auctoritate  
Juris-prudentium, qui in Digestis referun-

# *Index Titulorum*

- tur , l. I. t. 17.
- D**e vi bonorum raptorum , l. 9. t. 33.
- D**e vindicta,& apud consilium manumissione.  
l. 7. t. 1.
- U**nde legitimi , & unde cognati , l. 6. t. 15.
- U**nde liberi , l. 9. t. 14.
- U**nde vi. l. 6. t. 4.
- U**nde vir & uxor , l. 6. t. 18.
- D**e usucap. pro herede , l. 7. t. 29.
- D**e usucap. pro donato , l. 7. t. 27.
- D**e usucap. pro dote l. 7. t. 28.
- D**e usucap. pro emptore vel pro transactio[n]e ,  
l. 7. t. 26.
- D**e usucap. transformanda , & sublata differen-  
tia rerum mancipi , & nec mancipi , l. 7. t. 31.
- D**e usufructu & habitatione , & ministerio ser-  
vorum , l. 3. t. 33.
- D**e usuris , l. 4. t. 32.
- D**e usuris rei judicatæ , l. 7. t. 54.
- D**e usuris pupillaribus , l. 5. t. 56.
- D**e usuris & fructibus legatorum vel fideicom-  
missorum , l. 6. t. 47.
- U**t actiones ab heredibus , & contra heredes in-  
cipiant , l. 4. t. 11.
- U**t causæ post pubertatem adsit tutor l. 5. t. 48.
- U**t in possessionem legatorum vel fideicom-  
missorum servandorum causa mittatur , &  
quando satisfaci debeat , l. 6. t. 54.
- U**t intra certum tempus criminalis quæstio  
terminetur , l. 9. t. 44.
- U**t lite pendente , vel post provocationem , aut  
definitivam sententiam , nulli liceat Impe-  
ratori supplicare , l. 1. t. 21.
- U**ti possideris , l. 8. t. 6.
- U**t nemo invitus agere vel accusare cogatur ,  
l. 3. t. 7.

*Per litteras.*

**U**t nemo privatus titulos prædiis suis vel alienis imponat, vel vela regalia suspédat, l. 2. t. 15.

**U**t nemini liceat sine judicis auctoritate signa imponere rebus quas alius tenet, l. 2. t. 16.

**U**t nulli, patriæ suæ administratio sine speciali permisso Principis permittatur, l. 1. t. 41.

**U**t omnes judices tam civiles, quam militares post administrationem depositam quinquaginta dies in civitatibus, vel certis locis permaneant, l. 1. t. 49.

**U**t quæ defunt advocatis partium, judex supleat, l. 2. t. 10.

**D**e uxoribus militum, & eorum qui Reipubl. causa absunt, l. 2. t. 91.

F I N I S.





ADDENDA ET EMENDANDA  
PARATITLIS DIGESTORUM.

Pagina 15. lin. 17. olim apud populum )  
romæ tantum ; nunc verò.

P. 17. lin. 6. sententiam ) In senatu dice-  
bant, sed qui à censoribus.

P. 32. lin. 26. fieri ) possint : demandari  
non.

P. 40. lin. 16. pro idoneo habeatur ) c. in 50.  
aureos.

P. 92. lin. 6. igitur est ) Vindicationis,

P. ibid. lin. 21. videtur ) quod præparet vin-  
dicationem ; & in personam,

P. ibid. lin. sequenti, exhibere ) oportere.

P. 112. lin. 3. stipulatione] vel ex testamen-  
to.

P. 138. lin. 2. conductori ] conduiti,

P. 144. lin. 7. transfertur ] contra vero fi-  
duciae dominium transit in accipientem, credito-  
rem

### III. De exceptione rei venditæ, & traditæ.

P. 153. li. 20. IN iis verbis. Hic etiam titulus  
commodissime applicatur supe-  
riori ac ratione, quod concurrat hæc exceptio  
de re vendita, & tradita, sive exceptio doti  
ex hæc causa, cum actione de evictione, ven-  
ditore vindicante. Nam vel intentio ejus eli-

## Addenda Digestorum.

ditur per exceptionem, vel re ablata agitur de evictione. l. 17. supra. tit. prox.

P. 171. lin. 5. amovere] furto & expilationi,

P. 176. li. 10. pater enim est ) ex concubinatu vel

P. 177. lin. 19. amissa , Leg. admissâ.

P. 183. lin. 17. gesserit ] tutelam , vel in ea gerenda cessaverit.

P. 190. lin. 2. valet ] Exceptâ curatione adolescentis. Est enim utraque , tutelæ scilicet & negotiorum gestorum , generalis actio. l. pro socio S. pro soc.

P. 275. lin. 2. possessionem ) Si fortè amiserint vel repudiaverint bonorum possessionem.

P. 280. lin. 25. Ordo graduum ] Intestati , ille de ordine graduum.

P. 287. lin. 28. habet ] Leg. non habet.

P. 360. lin. 3. causis ) In omnibus negotiis , in omnibus rebus.

P. 364. lin. 14. novatio ] Novatio est.

P. 366. lin. 8. dando debitor creditorem,


P. 399. lin. 2. suisset ] Pecuniæ redegisset.

FINIS.









11

13 - 13

6